Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de .
Das PDF wurde erstellt am: 23.08.2024, 20:32 Uhr.

Nikolaus Marschalk

# Nicolai Marecalci Thurii L.L. ac Canonum Doctoris in Academia Rostochiensi. Annalium Herulorum ac Vandalorum Libri Septem : Universitätsbibliothek Rostock, Mss. Meckl. B 109.2

**https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725**

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0001

Mss. Meckl. B. 109. 1-7

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0002



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0003

Hoc Volumine continentur

1. Nicolai Mareschalci Thurij Meckelburgisch Chronicon Reimes weise Mscr:
2. Ejusdem Annales Herulorum ac Vandalorum Lib: VII. geschrieben.
3. Ejusdem Commentariolus Annalium Herulorum sive Megapolensium geschrieben.
4. Dris Lucæ Bakmeisters Continuatio Annalium Mareschalki. Mscr:
5. Nicolai Mareschalci Thurij Deflorationes Antiquitatum ab origine Mundi. geschrieben
6. Eliæ Schedij übersetzung des Mareschalki Annal: Herulorum ~~MSC~~ ins teütsche MSC.
7. Nicolai Mareschalki Thurij der Mecklenburgischen Chronicken ein Kostbahrer Auszug.

Ex Bibliotheca Gardeniana Rostochiensis

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK ROSTOCK

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0006

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0010

# NICOLAI MARESCALCI THURII L.L. ac CANONUM DOCTORIS in Academia Rostochiensi

# ANNALIUM HERULORUM ac VANDALORUM LIBRI SEPTEM

Impressum Rostochij in Aedibus Thurijs
à Viro Sollerti GUNTERO cognomento
HJEME Erphordiano Anno 1521.
ad Nonas Julias.

Ob raritatem impressorum Exemplarium hujus libri
bona fide est descriptum 1728.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0011

Ad HENRICUM illustrem Megapolensem Du-
cem, Vandalorum Principem, Comitem Sveri-
narum, Rostochiorum et Sargatiorum Domi-
num, Nicolai Marescalci Thurij in Annales
Herulorum ac Vandalorum PRÆFATIO.

Scripturus ego Majorum tuorum vitam Princeps
illustris, operæ pretium duxi, initium à prima eorum
origine facere. Ita enim familiam tuam regiam ac
illustrissimam nulli Germanorum Nobilitati secundam
multa ante secula propagatam, quæ à Scriptoribus
Classicis partim vetustate, partim temporum Varieta-
te ac bellorum tumultu et maxime nominis mutatio-
ne neglecta in lucem optime te hortante depromemus,
Herulosq ac Vandalos tuos, Reges quondam famatis-
simos è quorum Sanctarijs hæc excerpsimus, sub Impe-
rio post Romano et Academia Christiana attritos ab In-
feris veluti exsuscitatos et à tenebris densissimis, qui-
bus delituere, asse rtos, ad vitam revocamus. Revi-
visunt enim vita defuncti, cum facinora eorum præ-
clara et facta memoria digna legenda posteris aut
spectanda præbentur. Atq utinam ego in demerendis
Beneficijs erga me tuis maximis officium ita possem
hoc susceptum navare et peragere præstareq quod ma-
xime cupio, ut tibi cumprimis pro Dignitate voluptati
foret. Etenim Tu Antiquitatis totius es et Virtutum o-
mnium Amator Summus ac Maximus. Tu Deus certe
unicum et Gloria ingens Majorum, qui Corporis dexteri-
te, animi prudentia, Magnanimitate, fortitudine et

Consilio præsentissimo insigniter refulges, interq;
hæc αὐτοῦργος καὶ τετραδίστης omnia per sese agens vi-
tâ totâ laboriose invigilans. Quid benevolentiam in-
finitimos? quid Charitatem in Subditos referam? qui
non modo in viventes tantum bene merentissimus,
sed et in demortuos etiam pientissimus esse soles,
nimirum, qui obire Majorum tuorum Parentatio-
nes τὰ κλερίσματα, προηέσεις, ἔνναλα, καὶ κριακον-
τάδας ipse præsens inter Aulicos frequentes pullatus
atratusq; devotissime religiosissimeq; consvesti. Inge-
niorum inter hæc Doctorum Amator, paredros amo-
re eximio prosequeris, Jure reddundo officiosissimus,
minime Imperiosus, æquitatem maxime amplecten-
do, phelomata, imposturas, adulationes explodens,
veramq; Sententiam eam Consequens quam probavit
Rex antiquissimus Antigonus, Nam cum Ψευστες qui-
dam diceret: Regibus esse honesta omnia et Justa:
ita inquit, per Jovem sed Barbaris. Nobis vero, quæ
honesta tantum, honesta et quæ justa, justa sunt. Neq;
vero Ego in produndis his Centrones et dentes Theo-
ninos Callipedesq; unquam verebor, cum et Porphyri-
us conditum de Aristotele Stagyrite, Philosophorum
omnium facile Principe Commentarium scribat,
quod πέπλος, quo Autor tantus Ducum Genealogi-
as et numerum Navium ad Ilium profectarum com-
plexus, epigrammata in Duces singulos et disticha
præterquam in Ajacem ediderit. Nam et Homeri olim
de-

delitiæ illæ erant disciplinarum omnium bonarum
Principis, à quo Catena ejus aurea ut Philosophi illius
divini annuli Platonici. Quod si idcirco Palepaphatus
maxime placuit, quod ea tantum scripserat, quæ vide-
rat ipse aut à testibus adjuratissimis acceperat, non
desperabo ego in genere hoc fortasse ex numero Uni-
verso inventurum me unum, cui omnino non displi-
ceam, qui nihil in ijs rettuli, nisi testis oculatus, præ-
terea, quæ ex monumentis transscripsi fidelissimis
Majorum Tuorum, de quibus si gloriari in rebus
mortalibus et fluxis licet, jure Tibi gloriandum.
Vale bellissime. Rhostochij ex Musæo nostro ad
Idus Julias M.D.XXI.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0015

# LIBER PRIMUS.

## Qui sint Herúli et de inundatione Cimbrorúm C. I.

Herúlos omnis fere testatur Antiquitas cúm Cimbris simúl Oceani inundatione à Septentrionibús pressis e Scandinavia olim prodijsse, quemadmodúm Gentes plerasq alias Gepidas, Rúgios, Venetos, Antes, Vividarios, Slavos, quárum cúm alij, túm Jornandes meminit ad Castaliúm. At de Gentibús alijs alias, cúm Herúlis interim nobis negotium. Sedes temporibús antiquisimis illis inter Albim flúvium et Oceanúm plúrimúmq in Maris Littore. Verúm enim vero Cimbrica inundatio ante Belli Trojani tempora accidit, qua è Patria út scribit Strabo libro Geographiæ Septimo calamitosi ac miseri elúviem refúgientes ad Scythas atq adeo palúdem Mæoticam abiere, á quorúm trajectú Bosphorús Cimmeriús múltis etiamnúm ac varijs Antiquitatis Monúmentis extantibús, inter quæ Múri Cimmerij, Prætoria Cimmeria, quórum meminit Herodotús libro quarto. Strabo Libro Geographiæ Septimo Bosphorúm Cimmeriúm Os Mæotidis appellat, Cimmeriorúm Montem esse, in quo magnús Cimmeriorúm et Bosphororúm Potentatús. Cimmeriorúm itaq crebra apud Homerúm mentio, quippe qui et bello militarúnt Trojano, quos novisse Homerúm Strabo indicat Libro Geographiæ primo. Sed et Cimmeriorúm post Homerúm ex antiquis meminere Ephorús, Clitarchús, Posidoniús,

Jornandes.

Strabo.

Herodotús.

Strabo.

Homerús.

Strabo.

Ephorús
Clitarchús
Posidoniús.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0017

Xenophon. Lytheas. Ptolomæus. Livius. Plinius. Solinus. Tacitus, Plutarchus. Vergilius. Lucanus. Juvenalis. Propertius. Homerus.

qui Cnei Pompeij tempestate vixit. Xenophon, Lampsacenus, Pytheas Massilienſis. C. L. Ptolomæus. E Romanis vero Cimbrorum T. Livius, C. Plinius, Julius Solinus, Cornelius Tacitus, Plutarchus. Poeta complures Vergilius, Lucanus, Juvenalis, Propertius. Cimmeriorum item Regionem Ulyſſes apud Homerum Libro Odyſſeas undecimo denarrat, ubi hoc inquit pacto plenis tota die velis jam nocte obſcura profundi Oceani fines attingimus, ibi Cimmeriorum populus et Civitas caligine et nube obducitur. Nunquam enim Solem aſpiciunt, neq quum Stelliferum Coelum permeat, nec cum sub terra eminus agit, sed miseri mortales exitiosa nocte damnantur. Hic Autore Homero Perimedes et Eurylochus sacra fecerunt. Ipse vero Ulyſſes stricto à latere enſe foveam cubiti quoquo versus magnitudine fecit, et defunctorum ibi manes evocavit. Helpenoris cumprimis, quem optabat, antequam Tyresiam consuleret. Strabo quoq Libro Geographia primo Homeri Carmina citat, quibus Cimmerios illustravit, quæ subjiciamus Civitate jam ab Interprete donata Romana

Strabo.

Illis Sol nunquam Phaëton sua Lumina spargit
Pernicioſa super nox semper tenditur istis

Flaccus. Cognata cecinit Valerius Flaccus Setinus Libro Argonautico tertio:

Cimmeriam Domus eſt, superis incognita tellus. Coer-

Coeruleo tenebrosa sinu, quo flamea nunquam
Sol fuga, Sydereas nec mittit Jupiter auras
Stant citæ frondes, immotaq Sylva tonanti
Horret verna fugo, specus Umbrarumq meatus
Subter et Oceani per longa silentia noctes.

Quomodo cum Cimbris abiere Heruli C. II. CAP: II.

Heruli ergo in Oceani Littore Cimbrici consi-
dentes Injurijs Aquarum illis simul multati, Oce-
ano claustris tum nullis coeterum sola naturæ Le-
ge remorato, quem intumuisse in Cubitorum Octin-
gentorum elevationem Pytheas Massiliensis autor Pytheas.
est, rerum omnium pœnuria laborantes multitu-
dine ingenti solo cum Cimbris excessere et reli-
ctis domi Coeteris ad Mæotidem consedere, qui
cum è regione Scandinaviæ ante incoluissent,
egressi ab insula ipsa, (:ita:) crediti sunt antiquis.
Erat enim è locis arctois nihil Scandinavia tum
nobilius, quam C. Plinius libro de Mundo quarto fuis- Plinius.
se olim magnitudinis incompertæ prodidit ac mul-
ti alterum veluti Orbem è quâ populi tot, quot
Asia, Aphrica, Europa vix caperet. Scandinavia
erat, Cimber erat, quicquid vel Insula ipsa tene-
ret vel locus ubiq finitimus. Quare haud ita in-
scite Mantuanus Vergilius ille noster cecinit: Vergilius.

Tenditur ad lavam magnis Germania campis
Oceanum, Boreamq petens, ubi littora Cimber
Incolit, Arctoum longe porrecta sub axem.

Jornandes. Sed et Jornandes ad Castalium nidum velúti quen-
dam et gentium múltarum Patriam vocat Scandina-
viam. Inde haud dúbie factum, ut Herúli, Rugij,
Veneti, Antes, qui littora etiamnúm Oceani inco-
lunt in Scandinavia conspectu celebevrimi Insú-
la adscriberentúr olim, antequam magis illa eva-
Methodius. deret Illústris. Atq ideo divus Methodius venisse
è Scandinavia, Vandalos, Gepidas, Getas, Gothos,
Lingobardos, Húnnos, Herúlos et Rugios in literas
Diaconus. rettúlit, à quo non dissentiúnt Paúlus Foro Julien-
Hieronijmus. sis in Eutropium, Hieronijmus in Eusebium, qui
Gepidas, Getas, Gothos, Dacos ait è Scandinavia
processisse, Herúlos de prope Tijlen emersisse,
quos et nonnúlli in Sinu arbitrantúr commora-
tos Codano, à Dano Rege antiquissimo victos
Jornandes. et Danos primúm nominitatos. At Jornandes ad
Castalium Herúlorum scribit gentem à Cimbris Scan-
dinaviam accolentibus sedibus olim suis púlsam
Cogenos fuisse dictos Danorum progeniem, qui
sedibus Herulos pepúlerint. Nec mirum hoc, cum
argumento simili barbaros in Universum omnes
antiquitas Maotidi vel Borysthenis tribúerit,
Cimmerios insúper, quos è Scandinavia erúpis-
se primitus inter omnes jam convenit, de Ma-
otidis emersisse undis asseverant. Sic enim He-
Herodotus. rodotus de Maoticis locútus libro quarto scribit:

Τὴν

Τὴν γὰρ νῦν νέμονται Σκύθαι, αὕτη λέγεται τὸ πα-
λαιὸν εἶναι Κιμμερίων. Initio Regionem, quam nunc
Scythæ incolunt, Cimmeriorum fuisse constat. Sed
et Procopius Libro τῶν Γετικῶν quinto Cimmerios Procopius.
primum ad Tanaim habitasse scribit. In hunc modum
et Byzantius Stephanus Gothos, qui Cimmerij ad Mæ- Stephanus.
otidem primum consedisse aliorum monumentis ar-
bitratus est et gentes alij alias juxta Borysthenem,
quo in numero Daci, id quod secutus Dionysius Li-
bycus ita cecinit in Perihegesi

Πολλὰ μὰλ' εὐξείης Μαιώτιδος ἐς στομαλίμνης
Γερμανοὶ Σαρματάι τε, Γεταὶ ἅμα Βαστάρναι τε
Δακῶν δὲ ἄσπετοσαία, καὶ ἀλκήεντες Ἀλανοί ἀλκήεντες
Deinde equidem multi Mæotidis hostia servant
Germaniq Getæq Bastarnæ Sarmatæ et ingens
Decorumq Sinus, quoq fortia pectora Alani.

Sic venisse initio è Scandinavia Herulos scribunt, ac
minus licenter etiam è Cimmerijs exortos Hunnos, Avares,
Astingos, Teiphalos, Scyros, Caibos, Alanos, Astarichos,
à quibus nihil in diversum abit Agathius et quos recen- Agathius.
set libro vigesimo Apollinaris Sidonius: Sidonius.

Bello notus Neurus, Hunnus, Geta, Dacus, Alanus.
Bissulta, Ostro=Gothus, Procustus, Vesus, Alites.

Oceanum vero ad Septentriones sæpius inundasse, quum
Annales, tum harenæ, finitimas in gentes sparsæ, in-
dicant etiamnum subsidentes. Quare recte Florus, Florus.
Strabo, Ephorus Cimbris cum aqua quondam magis Strabo.
quam cum hostibus prælium fuisse scribunt, quos Ephorus.

# LIBER

Claudianus. aquis crebro vexatos et CL. Claudianus cecinit
Latisq; Latudibus exit
Cimber

Cap: III. De Antiquitate Herulorum

## C. III.

Sed enim Germania, ut non heri aut nudius ter-
tius enata, sic nec Herulorum nomen recens ut pote
quorum aetate eadem, qua Cimbrorum fama emersit
sub Tuisconis facile vel heroum sequentium Imperio.
Noas enim Servator et reparator generis mortalis an-
no mox Centesimo trigesimo primo post aquarum inunda-
tionem illam maximam Tuisconem ex Aurea Conjuge
Berosus. edidit, quem Babilonicus Berosus Germanorum et Sar-
matarum Patrem libro quarto nominat. Hunc ergo
in Europam Noas adultum misit, tunc quum Babylo-
na Saturnus, qui Nimbrothus, conderet, quod et i-
Berosus. dem Berosus libro eo testatus est. Anno vero Saturni
vigesimo quinto Sarmatas Tuisconem fundasse idem
Autor prodidit, id quod Nini temporibus factum, post
quae tempora anno regni Saturni quarto legibus Sar-
matas apud Rhenum fundavit. Itaq; ab Auspicatori-
bus Europa quatuor Rhenum Tuiscon, Sarmatiam
ac pontum tenuit, quem secuti Mannus filius ac de-
inceps Ingaevon, Istaevon, Hermion, Marsus, Gambri-
vius, Svevus, Vandalus, Germanias ac Sarmatiam longe
Tacitus. lateq; propagarunt. Tacitus Cornelius Tuisconem Deum ter-
Berosus. ra editum scribit in Libello de Germania. Berosus inter
gigan-

Gigantes recenset. Chami vero filij Noæ Chus filius erat, à quo prognatus Nymbrothus, qua Saturnus, cujus filius Ninus, qui Jupiter.

## Situs Herulorum C. IV. Cap. IV.

Incolunt Heruli inter Albim et Oceanum Cimbricum. A Borea Oceano, à meridie Albi cinguntur. Chalusus ab occasu excipit, ab ortu Suevus, quæ Pharadinorum et Varporum habitatio. CL. Ptolomæo, quos Libro secundo Capite undecimo τȣ̃ς Φαραδείκους, καὶ ἀνάρπȣς nuncupat. Suevus eidem Σούηβος à monte ~~[illegible]~~ Asciburgio exortus in Oceanum exoneratur. At Chalusus illi Χαλȣ̃βος ex Travo et Bagniso amnibus Luconios ambit, in quorum dorso ἄυζονες, sive potius ἄζονες, Saxones, mutata in S. aspiratione, de quibus Idem Ptolomæus libro secundo. Deinde supra dorsum τῆς Κιμβρικῆς Χερσονήσȣ ἄζονες, quorum Λιρίμιρις Lirimiris et Κοίνον Coenognum in Albis littore. In Confinio Πολαβοὶ Polabi, quorum Razeburgium, ubi lucus quondam Veneti sacer, quam Sivam lingva gentili vocarunt. Batavos inter Polabos advenas esse nomen insinuat. Omnia hæc ab Occasu, a meridie in Albis littore Boceburgum et Domicium arcibus suis munitæ, adversus transituros præsidia fidissima. Illic et Leontium nunc avulsum à borea in Oceani littore Visimaria à Visimaro quondam Herulorum et Vandalorum Rege condita Urbs munitissima portu insigni nobilitata, olim etiam emporio, quam à læva Paludes cingunt, Insula sic nuncupata, leporibus

Ptolomæus.

Ptolomæus.

Ptolomæus.

Pörle.

frequentissima, à dextra milliario non longius dimidio
μεγάπολις Megapolis, à qua Herulis nomen nunc, quæ à
magnitudine nomen obtinet priscum, passuum quondam
millium, qui nunc tota desolata, arcis tantum area exstan-
te cum Sacello Antistitum ex ordine Megapolensium
trium sangvine consecrato, à Vandalis mactatorum,
post quæ tempora sedes ea in Sverinum translata est.
Hilivones, ut appellant Vandalici annales, Sverinum
Ptolomæus. ambiunt, quod oppidum Cl. Ptolomæo μαριῶνις, Ma-
rionis, ubi stagnum pisculentissimum, milliarium
non minus longitudine ternum, arx insignis, in qua
et æstivare et hyemare nonnunquam Principes so-
lent. At Γαβαλιῶνες, Gabaliones Hilivonum proxi-
mi saltus incolunt. Vandali lingva etiamnum et pe-
nè moribus, quos Suda amnis prosequitur, à quo-
Stepenitz. rum latere scaldes, mox Stepenus amnes in occasum,
longissime Stegenus. Est in collimitio Gadebusum,
quam alluit Rhadagusus amnis, nomen numinis obtinens,
cujus visitur in fenestra templi Corona etiamnum ex
ære simulacri ejus fusilis. Tractu vero Oceani à Visma-
ria in exortum Laciburgium, quod λαχιβούργιον Cl.
Ptolomæus. Ptolomæo, nunc Rhostochium Academia nobili Illustre
et Varna fluvio, Nævulo aucto, à quo Varnamunda, cum
Pharo faces salo periclitantibus nocturnis horis mon-
strante, unde in Cimbros trajiciunt, ubi primum γήσορος
Gesorus excipit. Supra Laciburgium area ingens arcis
Herula, Werle. Herulæ, secundum Varnam, juxtaq lucus quondam Sivæ sa-
cer

cer. Exstat apud Rhostochium intervallo haud ita longo pa-
gus qui Cissinum, à quo tota quondam ea ditio Τῶν Κισ-
σεινῶν Cissinorum nomen accepit, id quod testantur Anna-
les. In Mediterraneis urbes complures, quarum quæ Cl.
Ptolomæo ἀλιστὸς Alistus, nunc Parchumum ab Idolo, cu- Ptolomæus.
jus adhuc conditum Simulacrum ex auro solido proxi-
me putant. Eltena urbem interfluit, qui à ligonibus
caput tollit, lacum Myrsam ingentem penetrat et
Flavium attulit, Alistum dirimit et juxta Domicium
Albim influit, multis alijs ante locis irrigatis. Nec
prætermittendus Mons Stellarum, in quo memoria no- Sternberg.
stra ausi Judæi facinus impientissimum. Inde Pere-
grinorum accursus. Ab oriente intra Suevum Lutecij,
Vindeli, Rhetarij, Lingones Varnæ Urbe nobiles mox
Stargatij. Cl. Ptolomæus libro tertio Τοὺς Σαργα- Ptolomæus.
τίους Sargatios collocat inter Sarmatas ad montes
Venedicos, ubi amaxobij, à quibus quidam hos oriundos
existimant. In Stargatiorum territorio Κυλαγκόρων Pto-
lomæus enumerat quod Colanchorum. Sed et Stargati- Ptolomæus.
orum Civitatula etiamnum exstat et arx in monte e-
dito, quæ vetustate et nemore ita olim concrevit ut
sit credita munere aliquo divum reperta, cervo vesti-
gia monstrante. Proxima Brysa nova, quæ Brando-
burgium, quam alluit Tullentius. Malachinum Ποι-
νὸς Poenus rigat, pratis in amoenis meandris multis
luxurians, tandem navigabilis, à quo haud ita procul
Rhæta quondam Lutetiorum caput, unde Rhætarij. At
à Poeno Κιρκεποινοὶ Circipoeni, qui Bardi, Rugij, Veneti,

Antes. Rhæta portis novem lacũ olim quoquo versũm pro
fundissimis includebatur, ponte tantũm ligneo angũsti
simo, cæterũm perinde longe transitũm pandente, in
quâ Urbe Rhadagasi fanũm medioximi inter numina mul
ta, toto ex aũro, pulvinaribus è purpũra. Nihil jam horũm
præter ponticulos quosdam nomine obscũros inter Mala
chinũm ad Tetram in pede montis, ubi Rhadagasi lũcum
fuisse solennem existimant. Monasteria multa regiote
net, campestria etiam amoenissima, inter quæ Dobe
ranũm, ubi Jus sepulchrale solenne Regũm olim,
nunc Principũm, indidem et in parietinis Obetri
Carolus. tarũm simulachra priscorũm. Carolus ille magnus, qui
cũm Herulis affinitatem et amicitiam se habũisse
testatur in Commentarijs, quos moriens Ludovico
filio reliquit, Herulos Obetritas nuncupat. Nam sic
à polymitis variegatos appellare solent Græci. Caro
Donatus. lum prosecutus Donatus Acciaolus, Sinũm esse scribit
Oceani maris, in extremis Germaniæ finibus aboca
su, orientem versus, qui millia passũum prope centũm
extendatur, circa quem Obetritæ, Velatabi, Cimbri mo
lant. Sic Lannegijvicũm ego Maximiani suspicordi
cisse Herulos, quos appellat virtutibus primos Barba
rorũm in locis ultimos. At cæteros, qui evagati Pro
Procopius. copius ad Mæotidem scribit incolũisse, viciniam Uni
Ablavius. versam bellis quassasse. Ablavius Lingobardos scribit,
terras eorũm invasisse. Subacti itaq; à Lingobardis ad
Danubium Heruli confidere, à Gothis armis abacti, quo
rum

rum sedes Victores deinceps possederunt, ut scribit Procopius. Itaq Sirmium et Dalmatiam universam in ditionem susceperunt, Romanos Captivos abduxerunt, Imperium Romanum populabundi invaserunt, quos Procopius libro Τῶν Τετικῶν primo loca circa Sigidonum cuncta scribit obtinuisse. Illyricum etiam et Thraciam occupasse et ad internecionem delevisse. Duce postremo Rudolpho in Italiam impetu movisse, Imperatorem Anastasium insigniter primum terruisse, Occiso vero Duce et cæsa Exercitus parte magna, coeteris dispalatis, reliquiæ partim in Patria constiterunt antiqua, partim ad Thijlen Insulam secesserunt authore Procopio. Plurimi etiam Gothis admixti ob famem Gepidarum gentis Vicinæ se Militiæ auctorarunt, quos Theodoricus Gothorum Rex tempestate, quæ Tridentum in Alpibus post victorias multas Inclijtas muro cinxit, in ore Italiæ extremis proxime Augustam prætoriam, Duce tunc eorum Odoacre Rugio interempto, collocavit, Regem alium dedit.

Procopius.

Procopius.

## Herulos in Solo suo antiquo semper fuisse à Romanis invictos. C. V.

Cap: V

Drusus Germanicus, qui auspicijs divi Octaviani Augusti gentes Germanorum tam multas superaverat, Herulos tamen invictos dimisit. Vicit vero Ille Susipedes, Tentheros et Usipetes domuit,

Florus. ut Florus libro tertio scribit. Cattos et Marcomannos ad Internecionem delevit, Vindelicos quoq;
Strabo. et Rhaetos stravit ut Strabo libro Geographiae septimo scribit. Amphianos insuper, Ampsarios, Catischos, Cheruscos, Catuarios, Subaticos, Bructeros prelio navali et Birchanem superavit. At vero ad Albim cum venisset ad invadendos Cimbros, castra eis Albim posuisset, Mulieris etiam monstro, ne transiret, exterritus, accepto ab eis lebete delictorum antiquorum oblivionem petentibus
Aurelius condonavit ut Sextus Aurelius annotavit. Divus Antonius pius, qui et ipse plurimos Germanorum superavit, ut de eo Julius Capitolinus provi-
Capitolinus. dit, Alanos etiam et Dacos aggressus, imo qui Marcomannos, Pannones, Germanos à Vandalis liberavit et de eis triumphavit, Gentes quoq; quae post bellum Marcomannicum ab Illyrico propeusq; ad Galliam contra illum conspiravunt, Marcomannos, Varistas, Hermunduros, Quados, Suevos, Sarmatas, Lotharingos, Bureos, Hialos, Sosipedes, Roxalanos, Bastarnas, Alanos, Peucinos, Costobanos omnes in Universum vicit ut scri-
Orosius. ptum reliquit ad Aurelium Augustinum P. Orosius. Herulos tamen non attigit, quamvis esset nomen eorum tunc celeberrimum. Neq; vero Claudius Caesar, qui trans Rhenanos subegit ut
Eutropius. scribit Eutropius libro octavo Teiphalos vicit, qui Victa-

Victaoli post dicti, aûthore eodem, ad Herûlos per
venit. Sed nec Valentinianûs aût Theodosiûs, qui
adversûs Vandalos belligeravit, Carolûs vero ille
Magnûs, qui Saxones annos tres et triginta bello
urgebat, nonsolûm non attigit hostiliter Herûlos,
sed inter amicos etiam habuit, ût ipse in Commen-
tarijs suis testatûs est. Nam qvûm Velatabi excûrsi-
onibûs perpetûis, caedibûs ac Incendijs obtritas,
ût appellare Herûlos ille solebat, opprimerent et
Legatos illi ad se pro amicitia antiqua olim cûm
Gallis inita, adversûs Velatabos in suos Gallorûmq;
hostes misissent pro Jûre Societatis praesidia peti-
turos, Legatis eorûm benigne hospitaliterq; susceptis,
auxilio insûper impetrato gratis responsis domûm
remisit. Nam mox Jequûtus cûm Exercitû, citiûs
omniûm opinione bellûm confecit. Barbaros ex
Sociorûm finibûs expûlit, expûlsos ad deditionem
compûlit, ac Jûrejurando adegit, ne in posterûm
Gallis, Gallorûmq; sociis injûssû suo bellûm inferrent,
quod et Donatûs Acciaolûs religiose in litteras Donatûs.
retûlit.

## De Militia Herûlorûm C. VI. Cap: VI.

Barbarorûm omniûm Herûli tempestate prisca
maxime semper celebres evasere ut Procopiûs in Procopiûs.
Libris verûm Gothicarûm testatûr. Avidi vero prae-
daûsq; fûere, id quod in Claudio Caesare Trebellius Pol- Trebellius.

lio annotavit, Gepidas, Celtas, Herulos sola prædæ cupiditate adversus Romanos allectos scribens. Pro-
Procopius. copius feroces nominat, quorum Crudelitatem in
Claudianus. bellis Cl. Claudianus cecinit. Nota vox à Scriptoribus celebrata Classicis, Germanos semper adamasse Libertatem; At maxime omnium amarunt Heruli. Nam et Carnibus libertatem celebrarunt omnes, quicunq; sunt Oceano finitimi, ut animadvertere licet, dixisse sæpe, quod Tenethe-
Cornelius. ri apud Tacitum Cornelium in historijs ad Ubios. Agimus Marti gratias, quod libere inter liberos sumus. Sidonius Appollinarius à Corporis dexte-
Sidonius. ritate Herulos carmine illustravit in Panegyrico ad Stilliconem.

Jam post Vithungos et Norica bella, subacto
Victor Vindelico, Belgam, Burgundio quem truc
Presserat, absolvit, victus tibi vincitur Illic
Cursu Herulus, Chunus jaculis, Francusq natatu
Sauromata Clypeo, Salius pede, falce Gelonus.

Ablavius. Sed et Ablavius græcus gentem scribit fuisse velocissimam et ideo perinde superbam. Scri-
Procopius. ptum reliquit in rebus Gothicis Procopius Herulos Regem suum habuisse insigniter odiosum, quod animi pace festa nimiumq assidua residerent, bellorum desuetudine corrumperentur. Evocare enim in militiam Herulos frequentes
Ablavius prisci Imperatores solebant. Nam Ablavius Imperatorem nullum fuisse olim scribit, qui armaturam le-

levem non e cillis in militiam suam legerit. Clu-
re Procopius libro rerum Gothicarum secundo Narse- Procopius.
tem scribit sub divo Justiniano Principe multa Heru-
lorum millia accersijsse et Belizarium, qui pro
Augusto pugnabat, Herulos cum primis et Alanos
Commilitones habuisse. Animo fuisse intervito,
nimirum, qui post Galienum etiam Romanum
Imperatorem in Romanorum fines cum Peucinis,
Tungris, Sicobatibus, Celtis non formidarunt irrumpe-
re. Panegyticus ad Maximinianum Imperatorem, sub Panegyticus.
quo divus Constantinus adolescens militabat, Herulos
Virtutibus primos nuncupavit tum quum Burgundio-
nes, Alemanni, Tubantes et nationes reliquae Bar-
bara exitium Gallia meditaventur, de qua expediti-
one et divus Hieronymus epistola trigesima prima, Hieronymus.
Innumerabiles, inquit, et fortissimae nationes uni-
versam Galliam vastarunt, Alanus, Sigipedes, Van-
dali, Sarmatae, Heruli, Saxones. Sed et sub Clau-
dio Caesare Romano Vitungi, Ostrogothi, Thuringi, Si-
gipedes, Celtae et inter eos Heruli Imperium undiq;
Romanum armis infestissimis invaserunt. Svi- Svidas.
das omnium diligentissimus Herulos scribit Gali-
eni Junioris Seculo cum Peucinis et Gothis apud
Tyram fluvium se congregasse et multis fabricatis
navibus myriades poene triginta, naves complesse
viginti et sic per Pontum trajecisse, Tomos ce-
pisse ac Martianopolij Urbes, mox per Propontidis an-

gustias incurrasse. Nec genus mortalium ullum di-
vi Justiniani tempestate Romanorum magis san-
guine alebatur. Nam cum quicquid inter Alpes et
Pyrenæum Rheno Oceanoq; includitur Quadus,
Vandalus, Sarmata, Gepida, Saxones, Burgundi-
ones, Alemanni, Hunni cuncta devastarunt, sem-
Blondus. per Heruli aderant, quod et Fl: Blondus testatur.
Quum propter agri item fertilitatem Romam,
Italiam, Gallias, Hispanias, Aphricam, Europam,
Asiam vastarent Gothi, Vandali, Longobardi, Qua-
di, Suevi, Burgundiones, Marcomanni, Saxones,
Angli, Scoti, Alani, Rugij et ipsi Heruli ade-
rant. Neq vero Attilas ille Hunnorum Rex po-
tentissimus in Gallias ante exercitu movere vo-
luit, quam accitis inter primos in commilitium
Herulorum, Gepidarum, Alanorum et Turcilin-
gorum Regibus, quibus junctis Ostro-Gothis,
Gepidis, Marcomannis, Thuringis, Quadis, quin-
gentis armatorum millibus, Gallias ingres-
sus adversus Aetium Patritium et Theodori-
cum Visi Gothorum Regem in Campis Tholo-
sanis manus conseruit, quâ pugna millia sa-
sunt mortalium octoginta, ut prodidere non-
nulli, desiderata. Et cum Hunni Gothos in
solo suo prælio navali invaderent regionem
annos circiter septuaginta occuparent, compel-
larentq; ut sedibus illis relictis alias quærerent
ha-

habitandas, et Gothi armis post resumtis expeditionem in Hunnos sumerent Herúli popúlabúndi, cúm Thúringis ac Quadis aderant, qúa púgna Attilas Hunnorúm Rex maximús occúbúit, Ernachús et Durithús filij terrore percúlsi Solo relicto in Scijthiam abiere. A Solo vero Justiniano Imperatore cladem accepere maximam. Nam cúm fines Imperij Romani crebro invaderent, in areq jam Principis esent, exauctoratis vectigalia primúm negabat ut scribit Procopius libro rerúm Gothicarúm tertio, et cúm nec túm desisterent, seo dúce charissimo terram totam invaderent, secúto mox bello inter ipsos et Lingobardos, quo Gens útrag Justinianúm in auxilium vocavit, ille Lingobardis Studiosioribús millia copiarúm auxiliarium decem súministravit, quo prælio Herúli Dúce Aordo mille quingentis millibús succúbúere, út annotavit Procopius. Procopius. Procopius.

Spretis vero idem legatis, cúm bellúm iterúm mallent, à Lingobardis adeo sunt fracti, út à sedibús excesserint ad Istrúm confederent, Romanis obærati quibús usús Narses adversús Gothos movens, At cúm interim lúm et Bellizarium discordia obiter súboriretúr, à Justiniano Narses revocaretúr, Herúli pacto cúm Gothis foedere, pecúnijs acceptis, discesere, nec ante pessúm iere, quam orta discordia et simúltate inter ipsos et Principem maxima.

## De Religione Herúlorum. C. VII. Cap: VII.

Teútonem Herúli antiquitús haud dúbie supra Germanos coetevos colúere, nimirúm qúi sangvine seve humano

sacrificare solebant. Bardos certe veneratí sunt, qui Gallis juxta et Germanis olim Communes, quos utrosq; sub Galatarum vel Celtarum nomine uno comprehendebant, ut sunt testes copletissimi. Diodorus Siculus Libro sexto, Lucullus, Athenaeus, Eratosthenes, Strabo, Hipparchus, Herodotus. Druydes vero nullos habuisse Germanos, qui rebus praefuerint divinis, Caesar Libro Commentariorum sexto prodidit. Bardorum apud Herulos Regiuncula adhuc durat, et in collimitio fanum olim in saltu Lunae vetustissimum, quod exstitisse cum Bardis ante Romam conditam litterae etiam num ibi aureae perhibent vetustatis sanctae et admirandae, ut nescias facile Bardi à Gallis-ne ad Germanos an venerint, an à Germanis ad Gallos. Teutani victimas sanguine immolarunt humano, Quare Annaeus Lucanus Libro Pharsalicon primo immitem cecinit

Ex quibus immitis placatum sanguine diro
Teutanes.

Multi Mercurium interpretati sunt, in quo numero Cornelius Tacitus, à quo nihil dissidet Caesar Libro Commentariorum sexto. Alij mortis Deum, Annaeus Lucanus victimas illius sanguinarias cecinit libro Pharsalicon tertio

Sed Barbara ritu
Summa Deum, structa diris altaribus ara
Omnisq; humanis lustrata cruoribus arbos. De

Diodorus. Lucullus. Athenaeus. Eratosthenes. Strabo. Hipparchus. Herodotus. Caesar

Lucanus.

Tacitus. Caesar. Lucanus.

De Bardis vero Diodorus Siculus libro sexto. Sunt in, Diodorus.
quit, apud Celtas melodiarum Poetæ, quos appellant Bardos. Hi cum organis veluti cum lyra cantant, hos lau,
dantes et alteros vituperantes. Ex libro eodem Sunt, inquit, Diodorus.
hi Poetæ tanti apud eos, ut quum extructa acie exercitus e,
ductis ensibus contractisq jaculis propinquant, non solum
amici, sed hostes quoq eorum interventu à pugna conqui,
escant. Solebant vero Illi obambulare et facta viro,
rum fortia canere, vitiosos contemptim explodere,
rebus etiam poëticis incumbere ut est author Strabo li, Strabo.
bro Geographiæ quarto. Bardi Regis Gallorum meminit Berosus Babylonicus, qui regnasse Samothum Berosus.
scribit temporibus Beli, deinde filium ejus Magum, poste,
a Savrum, Druym, Galatem et apud Celtas tempore
Aralij Assyriorum Regis Bardum, inventione Carminum
et Musices apud illos inclytum. Bardorum mores
Annæus Lucanus cecinit Libro Pharsalicon primo. Lucanus.

Vos quoq, qui fortes animas, belloq perentas
Laudibus in longum Vates dimittitis ævum
Plurima sequuti Judicis Carmina Bardi.

et hos Heruli, ut diximus, observarunt, durantibus
adhuc monumentis. At quod ad Druydas pertinet, non
dubitamus Cæsari Julio Claudium Cæsarem opponere,
qui ob religionem eos vanam Germania nisus est
expellere, qui et Caroli tempestate magni religio,
nem interpretabantur. Cæsaris temporibus plu, Cæsar.
rimum apud Carnutes versati sunt, quos Libro de
bello gallico sexto Cæsar fuisse religiosos insinuat,
de Syderibus deq eorum motu disertasse solitos. De

natura Deorum Immortalium, eorumq vi et potestate
Ammianus. disputasse et Juventuti in Commune tradidisse. Ammi-
anus Marcellinus libro decimo quinto disciplinae eos
scribit Pythagoricae fuisse studiosos et rerum occulta-
rum quaestiones dissolvere solitos, humana despectas-
Caesar se, animas dixisse immortales. Caesar libro de bello
Gallico sexto animas eos asseverasse scribit, non inter-
ire, sed ab alijs post mortem transire ad alios, Mortem
negligere, Disciplinas litteris mandare nefas putare.
Annos viginti nonnullos in disciplina permanere. Me-
Pomponius. minit vero illorum et Pomponius Mela libro tertio, Pos-
Possidonius. sidonius, Diogenes Läertius, C. Plinius libro decimo
Diogenes Läertius. sexto, Strabo libro quarto, quos cecinit Lucanus libro
Plinius. Pharsalicon primo
Strabo. Lucanus.

Et vos Barbaricos ritus, moremq sinistrum
Sacrorum Druijdae

Seneca. Seneca in ludo Claudij Caesaris multa eos de sijderibus
referre solitos scribit.

Cap: VIII. De Ritu Herulorum privato. Cap: VIII.

Nefas Heruli Deos putare multos existimabant, Con-
venire flaminis jussu die sacro solebant, cum uxoribus se-
quentibus pone pueris Patrinis ac matrinis ara ingens
posita, in qua numen placabant, ut quis optime pos-
set, bubus, ovibus altilibus. Sanguine plerumq
Christianorum litabant, Viris ac foeminis de more an-
te aram mactatis, quibus alia exenterabant, ac per
palos educebant. Sacris peractis epulo instaurato sym-
posia concelebrarunt, choreis ac ludis diem ducebant,
sera vix nocte abeuntes. Amicum non sunt passi senesce-
re

re, mortem potiorem ducerunt, quam vitæ tempus reli-
quum per ignaviam transigere. Senio confectos occidere
pulchrum. Parentes acherontios ac silicernios, secare in
viscera, parare in mensam officiosum ducebant, quod et
de exoticis Procopius annotavit in rebus Gothicis. Libe- Procopius.
rales invicem pij, parentes amore et honore eximio pro-
sequebantur, advenas oppido, quam libenter in ædes ex-
cipientes, quibus, qui hospitium denegasset, illius de-fla-
grabant sedem. Orphanotrophia etiam et Xenodo-
chia et Brephotrophia ære communi fovebant, ut sic
necessitati consulerent et valetudini. Bellorum tem-
pore frumenta decutiebant et intellurem defodiebant,
supellectilem reliquam in sylvis et lacunis latibulis
condebant, quæ quidem et Vandalis omnibus commu-
nia erant olim.

## Quæ Urbes, quæ Idola colùere. C. IX. Cap. IX.

Rhadagasus summus apud Herulos divorum in Ur- Rhadagasus.
be Megapoli fanum magnificentissimum habuit unum,
altevum in Rhæta, tertium in Urbe Venetorum: Vineta,
amplissima. Idolum armatum, thoricatum et loricatum,
cui in pectore insigne tauri Caput. Colonia Cherso-nesi Prono.
Cimbricæ Prononem colebat, quæ Urbs in confinio sta-
ti sita est, imo è regione. Ara extra Urbem, ubi lu-
cus sacer circumseptus, quo aditus portis geminis, intus
Prononis simulachrum de quercu omnibus conspicuum.
Quercum sacram nemo attigit. Solis hoc flaminibus ac
sacrificulis permissum. Idola penè mille numen illud
summum circumsessitabant. Ex his quidam bifrontes et non-
nulli polyfrontes. Polabi Sivam Veneris nomine percole- Siva.

bant, quæ inter flores nudato corpore lilio ab ore pro-
minulo blandule spirabat. Tale divæ simulachrum, in
colle ubi nunc templum religiosum. Rugia Anchona,
quondam in Oceani littore numen quatuor frontibus
aluit, cujus oculi in omnes vigiles. Duo priora ter-
ga totidem respectabant. Equus peculiaris numini,
quem pascere soli flamines solebant, quibus conscen-
dere solis permissum. Noctu plerumq sudore ma-
duit, tanquam multum exercitatus. Alterum
insigne cornu varie inornatum, quod dextra o-
stentabat. Numen illud summum censebant, cui
barbatus quispiam contra regionis morem ad-
ministrabat, comam colligatam et in tergum refle-
xam habens. Sacra ad Calendas præcipue Septem-
bres peregrini frequentes agebant. Hora stata fla-
men cornu ostentabat et si libamen imminutum,
rerum omnium hubertatem pollicebatur. Epotum
rursus complevit auspicium anni futuri reponens.
Nundinæ tunc simul agebantur è quibus et numi-
nis ærarium ditissimum. Dedecus nullum sacris
peractis in propatulo concumbere. Duravit hoc
ad Caroli tempora magni. Divum Vitum cum Mo-
nachis è Corvea susceperunt, sed non multo post cum
ipsis derasulis sanctum deturbarunt et trucida-
runt, idolumq pristinum in locum reposuerunt. Svan-
Svantovitus. tovitum appellitantes usq ad Baldomari Regis Dano-
rum tempora, subquo igni injectum dæmonium figura a-
ni

nimalis furvi penetralibus excessit. Sed et Carenti-
na Rugiorum, Rugiavitum, Torevitum et Porenu-
tium habuit, qui postremus quadrifrons quintam pe-
ctori infertam exertabat. Gabaliones mortuos adhuc
cantu et choreis prosequuntur, pocula tumulatis fu-
per fundunt. Fruges tripudiatione solenni tempore
statо lustrant, Tympanotriba buccam de tergore ca-
nis expasso clangente, Sacrificulum ipsi sequuntur
vitus veteris peritum, ita demum fesse posse injuri-
as deprecari coelestes sibi persvasere.

## De antiquo Herulorum Sepultura Ge-nere Cap: X. Cap: X.

Genus Sepultura Herulorum priscorum mini-
me vulgare. Tumulus è lapidibus in colle plerumq
congestis, saxo maximo super imposito. Sepulchrum
tale Eneas Misæno statuit ut cecinit Vergilius libro Vergilius.
Eneidos secto

At pius Eneas ingenti mole sepulchrum
Imposuit, suaq arma viro, remumq tubamq
Monte sub aerio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur aeternumq tenet per secula nomen.

Procerum hoc ut arbitror, Sepultura genus fuit. Nam
multi, qui in aliquo tamen fuere numero, in Urnis si-
ti sunt cum insignibus. Procopius in rebus Gothi- Procopius.
cis de exteris annotavit, Conjuges olim clariores
cum Viris sepeliri solitas et qua Vita pepercisset,
ignominiæ notatam.

# LIBER

## CAP. XI. De Circipoenis Cap: XI.

Nec prætermittendi Κιεσιπποινοὶ Circipoeni, à Poeno amne, quem accolunt, è quibus primi Bardi, ditionis olim Herulorum, à quibus etiamnum Regnitio tantum amne dirimuntur. Bardi oppidum Ptolomæus. in mediterraneis. Caput Urbium, quæ Cl: Ptolomæo libro secundo Βουνίτιον Bunitium, quæ eadem et Sunnonia sive à Rege Sunnone conditore Cimbro Saxo. ut prodidit Saxo Grammaticus, sive Sicambre po- Hunnibaldus. tius ut scribit in Salatiorum monumentis Hunnibal- dus in Oceani littore sita. Mox quæ Cl: Ptolomæo Βουρούνιον Virutium, qua vulgo Gryphosilvia, aca- demia nobilitata. Deminum item, quam amnes tres alluunt, Poenus, Tullentius, Trebias, à quo in Antes deferuntur, mox navigabiles, nomine uno Poenus, inde in Oceanum. Tributum Cæsa- ris ab ære Romano olim ibi recepto dictum, quam ambit Trebias. Deinde Rugiorum Regiuncula à Tacitus. Cornelio Tacito notatorum, à Sunnonia incipiens, quorum Princeps quondam Urbs Arcluna in oceani littore, mox Carentinum, de quorum Idolis ante fa- Sidonius. ctum, nunc Bergi tantum exstant. Rugios et Sidoni- us Apollinaris in Stilicone Carmine pugnaces appellans

Gallia pugnacem Rugium comitante Gelono
Gepida trux sequitur

Jornandes. Jornandes ad Castalium, et Ἀμετ Ametrugios et Ethetrugi- os nomen habere ab illis prodidit. Scutis utebantur ro-

tandis. Harij, qui proxime nigris. Reges prisci Flactitetus, qui Feletheum dein sustulit Gunibalda Conjuge. At Feletheus sine liberis decedens Gisæ Conjugi Regnum tradidit per Subam Rugiorum Regem, filium matrimonio conjunxit, Rugijs præfecit, è quo edidit Humolphum et Odoacrum et ut putant nonnulli Sedericum, è quibus Odoacer Italiam universam armis tentavit et Juri suo subdidit. Ille est Odoacer, qui invito etiam Zenone Principe Romam obsedit et obtinuit, Orestem et Paulum fratrem Imperium usurpantem occidit, Augustulum in exilium damnavit. Et gens Rugiorum eadem temporibus etiam illis, quum Gothi ac Vandali cum exercitu numerosissimo Italiam, Gallias, Hispanias, Europam universam, Aphricam, Asiam vastarent in expeditione ea simul milites habuit. At Justiniani Principis temporibus Rugijs Ainricus Heinricus imperitabat Rex, cujus meminit Procopius. Postremo autem Grynus ac Crito filius, tyrannis propiores quam Regibus. Veneti vero CL. Ptolomæo libro secundo Οὐενεδες, Venedes, urbem habuere celeberrimam, quæ Veneta emporio tunc nobilissimo in Oceani littore, alveis versicoloribus ternis, quo venire ex India, Asia, Græcia merces solebant, ut tradunt Annales. Negotiatione /: Navigatione :/ multo tum faciliore à Vandalis ad Sarmatas, à qui-

Procopius.

Ptolomæus.

bus ad Scythas, mox ad Caspios, Seras, Bactros, Indos: In qua et Herulorum Reges inaugurari diademate solebant, in Rhadagasi Phano: quae ut interiit, Julinum est in locum excitatum, monumentis extantibus. De Venetis illis Cornelius Tacitus in Libello de Germania: Veneti, inquit, ex moribus traxerunt. Nam quicquid inter Peucinos, Fennosq perer-rant, hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia et domus figunt, et scuta gestant et peditum usu ac pernicitate gaudent, quae omnia diversa Sarmatis sunt in plaustro equoq viventibus. Sed et Jornandes ad Castalium: Post Herulorum, inquit, eadem idem Ermanaricus in Venetos arma movit: Et mox: Veneti armis dispartiti, tribus constant populis, Veneti, Antes, Sclavi.

Tacitus.

Jornandes.

CAP: XII. Qui Vandali, qui Sclavi, Sclavoni

CAP: XII.

Vandali à Vandalo, ut putant permulti, Authore Beroso Babylonico, appellati sunt, qui Regum postremus post Tuisconem, ab eodem, ut ante retulimus. Alij à Vindo fluvio, Vindelos initio appellatos, mox Vandalos. Sed et C. Plinius Vindelicos, qui ad Vindum accolunt, hic ad Oceanum, à Vindo haud dubie appellavit. Nam libro de Mundo quarto, Primi, inquit, Germanorum Vindelici vocantur, pars Burgundiones, Varini, Guthones, Peucini, Bastarnae. Et de Vindo fluvio CL. Ptolomaeus, libro secundo posteaquam Ἰȣ̃ Συήβȣ Suevi fluminis ostia numeravit, mox

Berosus.

Plinius.

Ptolomaeus.

mox ostia τῶν Οὐίνδου Vindi adscribit, qui sunt etiamnum finitimi. Et Vandalos hos tumultuantes Tiberius olim et Drusius Germanicus divi Augusti Principis auspicijs partim ultra Rheni ripas coëgere, Vicatim habitare permittentes, à quibus Burgundiones, cum vocari vicos Galliburga solebant, partim ad Tanaim metu compulere, ubi Sclavos sese à gente, quæ Bosphoro Cimmerio proxima nuncupavere. Sed et pars bona magnaq Dalmatiam Mauritij Cæsaris tempore occupavit in Illyricum migrantes, ubi nomen etiamnum retinent priscum Sclavorum. Constant vero Vividarijs, Antibus, Anthetis Sclavi, authore ad Castalium Jornande. Impetus primus à Patria ad Vistulam, mox ad lacum Kuminensem, ripas dein Istri occupantes ut libro τῶν Γετικῶν primo Procopius scribit. Divus Justinianus imperij anno quarto Childibum Ducem constituit ad reprimendos Sclavos, ne Istrum transirent, à quibus occiso Childibio flumen trajecerunt, Imperium Romanum habere contemptim coeperunt, quod idem Procopius libro tertio annotavit. Ruptis itaq Istri limitibus in Illyricum populandi trajecerunt, Thraciam hostiliter invaserunt, et Imperatorem eorum Asbalum igni concremarunt, ad mare usq cuncta igni ferroq vastantes Thraciæ metropolin diripuere, duodecimo à Byzantio milliario Romanorum millibus quindecim occisis Thessaloniam insuper occuparunt. Procopius et ad Urbis usq Romanæ moenia pervenisse scribit. Ibi posteaquam satis debacha-

Jornandes.

Procopius.

Procopius.

Procopius.

ti, Aphricam, Europam, Gallias populati, inde in Germania fines postremos ad invadendos Alanos concesſere gentem Germanorum antiquam ac illustrem ab Alano monte Sarmatiæ dictam, vel Authore Stephano Byzantio, adverſus quos Domitianus olim Cæſar, mox dirus Trajanus arma movere, quorum et Rex Barbogaſtes Valentinianum Principem adgreſſum strangulavit, Vandalorum vicini et in bellis fere commilitones. Victis ergo Alanis et expulſis, Sclavi loca Illorum occupavunt, quorum pars Poloni, pars Boiemi, lingua à Germanis coeteris diſcreti, qua et Vandalorum gentem finitimam corruperunt. Sclavoni vero, qui Σκλαυηνοι Græcis, gens Scythica Juſtiniani Principis ævo Illyricum irruperunt, strages plurimas ac etmaximas ediderunt, donec à Romanis reprimerentur. Prædam tamen inter hæc opimam abegerunt, jacturam finitimis inſignem intulerunt. At Sclavi illi, qui Poloni, Sarmatæ nunc fere nominantur, quoniam à Viſtula Sarmatæ nicipiunt, Vandali vero Vindum accolunt, Vividarij Viſtulam obtinent, Antheri Thraciam quondam à Sclavis eo pulſi à Germano Patricio extincti. Et à Vandalis subactis Heruli Vandalorum Reges ſeſe appellitabant, nunc Principes.

Stephanus.

De

# PRIMUS

## De Hubertate et Institutis Herulorum CAP: XIII. et Ultimum.

CAP: XIII.

Terra Herulorum, quum sit frugum feracissima, multa inde in Batavos, Atuaticos, Mattiacos, Morinos, Britannos asportantur. Pani cum plurimum, vulgo pro sesamo inter edulia. Lacus habent plurimos, hydrostasia, ac flumina, quibus passim cinguntur ut affirmare facile ausim, gentem Germanorum nullam esse omnino sic natura munitam. Piscibus abundant, Mænidia nunquam desunt, vel recentia. Siluros capiunt et genus piscij varium ab Oceano trahunt, Canes, lepores, porcos, Thynnos, balænas et Xiphias Oceanus appulit, quorum magnitudinem portentosam ostentant visitantibus. Navigant Oceanum frequentes. Mirum, quod Anno abhinc sexagesimo fere accidit, concreto gelu Oceano plaustris millia passuum supra trecenta merces ad ultimum usq Thylen et Orcadas egerunt, tota pene Bruma, ut dicere cum Ovidio possis, quod libro ille de Ponto primo cecinit: Ovidius.

Quaq rates ierant, pedibus nunc itur et undas
Frigore concretas ungula pulsat equi.

Aut cum Marone Vergilio Libro Georgicon tertio: Vergilius.

# LIBER PRIMUS.

Concrescunt subitæ currente in flumine crustæ
Undaq; jam tergo ferratos sistinet orbes,
Puppibus illa prius parvis nunc hospita plaustris.
Nec desunt ad Venatum Sylvæ, Cervi, Dorcades, Ursi, apri assatim suppetunt, lepores innumeri

---

# LIBER SECUNDUS.

## De Anthÿrio Herulorum ac Vandalorum Rege primo. CAP: I.

CAP: I.

Anthÿrius, matre Amazonius, Herulus à gente, quæ supra Istrum incoluit, in Tanais, Mæotidis ac Bosphori Cimmerÿ collimitio, id quod Procopius annotavit, in locis stagnantibus, quæ Græci αἰλαι Elæ vocant. Autore ad Castalium Jornande, Dux sub Alexandro cognomento Magno, donec Veneno tolleretur, quod in Macedonia gignitur, fonte, quem Sucistÿgem appellant, ut est Autor Q. Curtius Libro de rebus Alexandri gestis nono, metalli nullius, Jumenti duntaxat ungulæ patiente, à Cassandro Antipatri filio, qui Regium semper affectabat fastigium, allito et Jollæ fratri tradito, Babÿlone potioni Regis supremæ indito. Atenim post diem septimum, ex quo corpus Regis in solio jacebat, inter Primores de regno ac successione seditione orta, quum saluti suæ quisq; consulere et pars inter hæc vi potiri, pars, cum plurimi essent, ad quærendas sedes novas cogitare, ipse quoq; Anthÿrius de abitu destinavit. Nam quum perduceretur in Urbem à Perdicca exercitus, haberetur q; Principum Virorum consilium, Imperiumq; ita pro voluntate divisum est, ut Satrapes Ptolomæus Ægÿpti et Aphricæ gentium ditionem obtineret, Laomedonti

Procopius.

Jornandes.

Curtius.

Syria cum Phoenice daretur. Philota Cilicia. Lycia cum Pamphilia et Phrygia majore Antigono. Cariala Pandoro, Menandro Lydia, Leonato vero Phrygia minor cum Hellesponto. Cappadocia Eumeni cum Paphlagonia ad Trapezunta usq; conditione ea, ut cum Arbace bellum gereret, qui solus Imperium detrectabat. Sed ad Philonem Media, Leonnathum Thracia appositaq; Thracia Gentes pontica pervenere. Qui vero India Bactris ac Sogdianis, coetervisq; aut Oceani aut Maris vubri accolis tunc praerant, et quibus quisq; finibus habuisset, Imperij etiam jus obtinuerat, Perdicca cum Rege essent, copijsq; praesset, Curtius. qua Regem sequebantur, ut prodidit Q. Curtius libro de rebus Alexandri nono. Anthyrius ergo hac cum animadverteret, ad Herulorum fines antiquos, ut à Majoribus audierat secedere statuit. Exercitu itaq; intra dies triginta proximos scripto, navibus ad hoc paratis abijt, à suis Rex electus, Obetritis, seu de Vestium sive armorum varietate ac munditie, ut erat mos sub Alexandro militantibus, cognominatis, quod et in militibus ejus, qui Argyraspida factum ab armis argenteis ac picturatis. Aderat et in Exercitu Barvarus, Gothorum Regis filius, qui et ipse sub Alexandro meruit. Sunt, qui abijsse eos insignito navis velo Capite Bucephali asseverent, qui erat Alexandri equus, quem mire dilexit, in quo insidens Porum Indorum Regem Elephanto equitantem certamine superavit singulari, vulnerato Bucephalo lethaliter

liter, ac in loco tumulato, ubi condita Bucephalea. Et
Bucephali lateri inustum Caput Taurinum erat, quod
et Julinus Solinus in Polyhistore annotavit, cujus me- Solinus.
minere inter coeteros Strabo libro Geographiæ decimo Strabo.
quinto. Q. Curtius libro Septimo ac item Octavo. At Curtius.
pro Bucephali Capite posteritas Bubalino usa errore
quodam nominis, ut in antiquis fieri solet, quibus u-
trisq; Principes etiamnum utuntur, etsi bubali qui-
dem cornua alba quondam, nunc aurea, Caroli Regis
Bojemorum, Cæsaris Romani beneficio corona super
imposita, in memoriam Dignitatis Regiæ. Proram
vero asseverant Gryphem aureum coeruleo in colore
ornasse, quibus armis hactenus Vandali fere usi,
inter quæ Barvani arma patria in Puppi. Littus
Gothicum initio attigere, ubi hospitaliter accepti
dies aliquot lætos sumpserunt adhibita mensa regia
et Symbulla, quæ erat Barvani Soror Regis filia,
forma longe speciosissima. Abiere dein in oramq;
eam flatu pervenere secundo, quæ inter Ocea-
num Cymbricum ac Albim fluvium, quo in loco
Ἰοῦς φαροδεινοὺς Pharodinos. Cl. Ptolomæus libro Ptolomæus.
secundo capite undecimo constituit, à quo loco haudita
longe Vindeli, à Vindo à quo non dissentit Cl. Plini- Plinius.
us in libro de Mundo, unde Vandalis nomen, à quibus
Vandalorum ipse Rex, ac posteri, nunc Principes. Ur-
bem initio ingentem milliarium amplius quinum cir-

cuitu inaugurarunt, quam Megapolim appellarunt, cum arce post tempora illa insigni et munitissima, cujus extant vestigia haud ita procul Oceano, quæ adhuc in memoriam Megapolis, à qua Principibus nomen nunc. Sed et cum Gothis ac Svevis Oceani foedere inito, jureq connubiorum ac sedibus alijs bello paratis ijdem, qui initio Heruli ac Vandali, Gothorum etiam ac Svevorum, Sarmatarumq nomine Regio sunt prætitulati, quod ideo minus mirum, quod et à Principibus ijsdem intra annos Centum, Albertus Dux Megapolensis Svevorum Oceani, à quibus Mare Svevicum Plinius in libris de Mundo appellat. Sveviam. Cornelius Tacitus in Libello de Germania regnum obtinuerit. Præter vero Megapolim Herulam statuere, cujus extat tantum area secundum Varnam. Arcem insuper in monte edito Stargatiam, quæ extat. Firmitatis ergo sedibus ac regno ab Anthyrio constituto Rex Gothorum Sijmbullam filiam ultro illi despondit, è quâ liberos multos edidit et inter eos generis virilis Sicherum, Anthyrium, Visibertum, Barvanum, Anavam, Domicum, Brandebardum, Fredebaldum, Thenericum, Rhadagasum. Sicherus ipse à patruo materno Fennorum ditione donatus sedes patrias reliquit. Anthyrius cognomento minor, bello, quod cum Cimbris gestum, occubuit. Barvanus item cum Navibus sexdecim in Oceano, dum hostilia molitur, summersus interijt. Fredebaldus Vindelos in ditionem suscepit

pit. At Visibertus in Gothis, qui in Scandinavia Insula ora incolunt, accersitus, ibi mansitavit.

## De Anava Filio Anthijrij Herulorum ac Vandalorum Rege Secundo. Cap: II. CAP: II.

Anavas Anthijrij Magni filius, defuncto Patre successit, qui ex Uxore Orethijia filia Regis Sarmatarum, multos reliquit liberos, inter quos Alimer.

## De Alijmere Herulorum ac Vandalorum Rege tertio Cap: III. CAP: III.

Alijmer Anava Regis ex Orethijia filius Patri in Regno successit. Uxorem duxit Ioam, genere Rugiam, quum Rugij sub tempus idem rebus bellicis clarissimi essent, è quâ edidit liberos multos, è quibus relati in literas, Visilaus, Rugilandus, qui quidem ad regnum maternum pervenit, ac Anthijrius nominis illius tertius. Praefuit item Alimer Regno Annos quinq; ac septuaginta, facinoribus multis egregius clarus, post quem Anthijrius Regni fasces suscepit.

## De Anthijrio Herulorum ac Vandalorum Rege quarto Cap: IV. CAP: IV.

Anthijrius Alimeris filius, posteaquam in fata genitor concesserat, Regnum suscepit moderandum, qui Uxorem duxit generis Cimbrici Regij, è qua inter liberos coeteros Huterum progenuit, mortuus cum regnasset annos duos et sexaginta.

# LIBER.

CAP: V. De Hútero Herúlorúm ac Vandalorúm Rege Quinto Cap: V.

Húterús Antijrij filiús Patri jam recens mortúo fúcceſsit, accepta in conjúgem filiâ Regis Fennorúm è quâ prognatús Viſilaús. Obijt vero Húterús anno regni nono ſúpra ſexageſimúm.

CAP: VI. De Viſilao Herúlorúm ac Vandalorúm Rege Sexto. Cap: VI.

Viſilaús Húteri filiús Patre vita fúncto regnúm moderari coepit, qui Tibúrniam dúxit Uxorem, filiam Regis Noricorúm Oceani, quæ peperit illi inter liberos coeteros Vitislaúm, mortúús, quúm regnaſſet annos ſex et quinquáginta.

CAP: VII. De Vitislao Herúlorúm ac Vandalorúm Rege Septimo Cap: VII.

Vitislaús Viſilai filiús in regnúm poſt vocatús eſt, qui Anarniam dúxit Uxorem filiam Regis Gothorúm, è quibús Alaricús primús nominis ejús prognatús eſt. At Vitislaús obijt cúm regnaſſet annos ſex et triginta.

CAP: VIII. De Alarico Herúlorúm ac Vandalorúm Rege Octavo Cap: VIII.

Alaricús Vitislai filiús fúcceſsit, qui ex Bella filia Regis Ubiorúm Thitericúm ſúſtúlit, mortúús, quúm annos quing ac triginta regnaſſet.

CAP: IX. De Thitérico Herúlorúm ac Vandalorúm Rege nono Cap: IX.

Thitericús Alarici filiús Dianam dúxit Uxorem è Belgica Regia gente, quæ peperit Thenericúm regni ſúc-

successorem. Obijt vero Thitericus anno regni nono ac trigesimo.

## De Thenerico Herulorum ac Vandalorum Rege decimo. Cap: X. CAP. X.

Thenericus Thitevici filius successit regnoq; pre fuit annos sex et triginta, qui ex Uxore Bigotha, filia Regis Thuriorum Albericum primum nominis ejus reliquit.

## De Alberico Herulorum et Vandalorum Rege undecimo Cap: XI. CAP. XI.

Albericus, Thenevici filius, uxorem duxit Diomedam filiam Regis Sarmatorum. Rebus bellicis usq adeo excellvit, ut Svevorum etiam Oceani ac Gothorum regnum adeptus sit. Regnavit vero annos quinque supra quinquaginta, relicto filio Visimaro Regni successore.

## De Visimaro Herulorum ac Vandalorum Rege Duodecimo Cap: XII. CAP. XII.

Visimarus, Alberici filius Amalasunthum duxit uxorem, qua erat filia Regis Saxonum è qua suscepit Mistislaum filium. Condidit vero Visimarus Urbem Visimariam, qua ex lapide coctili in portu quondam, etiamnum in Herulorum ditione extat, passibus quingentis à Megapoli. Visimarum ex Asdingorum stirpe prognatum Deuxippus scribit. Vandalos inco- luisse Duce Visimaro, ubi Hermunduri nunc, Jornandes ad Castalium annotavit, secundum Marisiam flu- vium, qui in Danubium influit. Strabo libro Geogra- phica septimo Marisum nuncupat, per quem milites Roma- Deuxippus. Jornandes Strabo.

mari vasa necessaria devehere solebant. Et tempestate ea Gebericus Gothorum Rex Herulos finibus illis exercitu maximo invasit, & sedibus illos detur-bavit, Rege Visimaro capto. Liberato vero eo Constantinus Magnus, qui verum tum potiebatur, Pannoniam inferiorem habitandam illis cum Rege Visimaro indulsit, ubi annos quadraginta amplius Imperio obsequentes mansere, donec à Stilicone Magistro militum Ex-Consule sunt sollicitati, Gallias occupavent. Erat vero Visimarus, rebus bellicis domi ac foris gestis, clarissimus, qui regnavit annos octo et quadraginta.

CAP: XIII. De Misislao Herulorum ac Vandalorum Rege Decimo tertio Cap: XIII.

Misislaus Visimari filius Sarmatarum ac Gothorum Rex potentissimus, Uxorem duxit è Belgis, è qua sustulit Rhadagasum, secundum nominis ejus, mortuus cum regnasset annos sex et quadraginta.

CAP: XIV De Rhadagaso Herulorum ac Vandalorum Rege Decimo quarto Cap: XIV.

Rhadagasus Misislao Patre prognatus, re militari omnium celeberrimus evasit. Nam cum Arriani res Imperij Romani tueretur et Alaricus Gothorum Rex, Athanarici filius, ex Balthorum familia nobilissima à Vise Gothis, qui stipendijs tunc privati in Pannoniam secessere, Rex constitueretur, Rhadagasum Herulorum ac Vandalorum Regem clarissimum evoca-

evocavit, qui millibus mortalium trecentis ut Fla-
Blondus scribit, subito adfuit, quorum duorum auspi-
cio Gothi in Thraciam, Pannoniam, Noricam et Illy-
ricum intravere, foeda cuncta populatione grassan-
tes ac vastantes. In Italiam etiam irrumpentes
Romam verum quondam Dominam cepere anno
natalis sui millesimo sexagesimo quarto, à natali
Christiano quadringentesimo duodecimo. Et Rhada-
gasus quidem ultra progrediens in Vesulanis montibus
circumventus haud ita procul Florentia à Stilico-
ne obsessus, verum omnium inopiam pertulit, qui,
cum fugae se paravisset, à Romanis captus strangula-
tus est. Illo vero mortuo major nunquam Gothorum
caedes. Etenim tanta tunc multitudo captivorum fuit,
ut singuli pro aureis singulis pecudum more vende-
rentur, postquam Victoriam Stilico Vandalorum
se Regem pratitulavit cum Eucherio filio ab Hono-
rio Caesare haud ita multo interjecto tempore supera-
tus. Et talis erat post egregia multa bellifacinora
Rhadagasi exitus, quem adeo charum sui habere vi-
ventem ut extinctum indigitarent et numinis loco co-
lerent, à quo et amnes et Vici inter Herulos nomen
etiamnum obtinent. Meminit vero illius Aurelius
Sextus, P. Orosius, Cl. Claudianus, Eutropius, Ablavi-
us. Excessit autem vita anno regni septimo, ab orbe
condito sexingentesimo supra quinquies millesimum,
ab Urbe Roma millesimo centesimo fermè, à natali Chri-
sti anno quadringentesimo paulo amplius. Nam Visima-

Aurelius S.
Orosius.
Claudianus
Eutropius
Ablavius.

rús rebús florúit trecentesimo quadragesimo, reliquit vero Corsiconem filiúm hæredem.

CAP. XV. De Corsicone Herúlorúm ac Vandalorúm Rege decimo quinto Cap: XV.

Corsico Rhadagasi filiús Patri súccessit, qui mortem ejús ultiórus Húnnos in societatem accivit, et cúm Gothis ac Vandalis per Gallias debachatús, quicquid inter Alpes ac fúgum Pyrenæum, quicquid item Oceano ac Rheno includitúr, occúpavit. Antistites Urbium cepit, flamines occidi jússit, templa vastavit et profanavit. Parochias dissipavit, Martyrúm reliquias effodit, agere sese rem perinde clavam pro more Religionis Vandalicæ existimans. Urbes insúper multas evertit, nec inter mala tanta ulli aut ætati aut sexui pepercit, incendijs, ruinis ac rapinis cúncta permiscens. Uxorem habuit ex Atrebatibús, qui inter Belgas etiamnúm celebres, è qua Fredebaldúm sústulit, mortúus anno regni quinto ac quadragesimo.

CAP. XVI. De Fredebaldo Herúlorúm ac Vandalorúm Rege Decimo Sexto Cap: XVI.

Fredebaldús Corsiconis filiús, Herúlorúm ac Vandalorúm Rex, exercitús insúper Gothici Imperator Themiornam dúxit Uxorem gente Scythicam, extinctús anno regni nono ac trigesimo, relicto Gunderico filio hærede ex Themiorna prognato.

Cap. XVII. De Gunderico Herúlorúm ac Vandalorúm Rege Decimo Septimo Cap: XVII.

Gundericús Fredebaldi filiús Patri súccessit, qui Uxorem dúxit filiam Regis Beticæ, è qua Genfericúm et Guntamúndum

dum sustulit. Rebus bellicis apprimè illustris erat. Nam Hispanias domuit, templa pro more Vandalorum multa incensa spoliavit, annosq; prope quatuor decim bellorum tu, multu loca plerag vexavit, ac dein interijt. Anno regni tertio ac quinquagesimo.

CAP. XVIII.

## De Genserico Herulorum ac Vandalorum Rege Decimo octavo. Cap: XVIII.

Gensericus homo magnanimus et inter hac savus succes, sit, Eudociam cum filiabus binis Roma abduxit, qua, rum alteram Trasimundo filio suo Conjugem dedit. Tre, viros quoq; eum cepisse quidam scribunt, martyrio ibimul, tos consecrasse ac dein in Aphricam reversum vitai, bi functum Anno, ut putant, regni septimo ac trigesimo relicto domi Visilao inter coeteros filios.

CAP. XIX.

## De Visilao Herulorum ac Vandalorum Rege decimo nono Cap: XIX.

Visilaus, Genserici filius, Herulorum ac Vandalo, rum Rex, Dux aliquandiu exercitus Gothici. Uxorem habuit Adollam, filiam Regis Saxonum, è qua Alaricum sustulit, mortuus Anno Regni Decimo Sexto.

CAP. XX.

## De Alarico Herulorum ac Vandalorum Rege Vigesimo. Cap: XX.

Alaricus secundus tertius, nominis illius, Visilai filius Herulorum ac Vandalorum Rex, Uxorem duxit è familia Burgundionum, qua peperit illi Albericum, fato functus, cum regnasset anno, rum unum supra vigesimum.

CAP. XXI.

## De Alberico Herulorum ac Vandalorum Rege vigesimo primo Cap: XXI.

Albericus, Alarici filius, Herulorum ac Vandalorum Rex.

Uxorem accepit filiam Regis Sarmatarum, quæ sustulit Johannem, Regnumq; sic Sarmatarum suis adjecit, qui pace insigni regno præfuit annos undetriginta.

CAP: XXII. De Johanne Herulorum ac Vandalorum Rege Vigesimo secundo Cap: XXII.

Johannes Herulorum ac Vandalorum Rex, Uxorem duxit filiam Regis Noricorum Oceani, è quâ Rhadagasum progenuit cognomento tertium, cui et Sarmatarum regnum ex hæreditate reliquit, regnavitq; annos quadraginta.

CAP: XXIII. De Rhadagaso Herulorum Vandalorumq; Rege Vigesimo tertio Cap. XXIII.

Rhadagasus, Herulorum ac Vandalorum, Sarmatarumq; Rex, Uxorem duxit Gubertinam filiam Regis Bettica, è quâ Visilaum et Aritbertum edidit. Aversus Marcomannos ac Sorabos præclara multa gessit, qui in Vicinia habitant.

CAP: XXIV. De Visilao Herulorum ac Vandalorum Rege vigesimo quarto Cap: XXIV.

Visilaus, cognomento Secundus, Rhadagasi filius, Herulos, Vandalos simul et Sarmatas sub ditione sua tenuit, qui Uxorem duxit Hazigam, è stirpe Cimbrorum Regia, quæ peperit illi Billungum, regnavit vero annos unde triginta regni fines paterni plurimum auxit, auctumq; regnum Aritberto ex Rhadagaso Patrueli reliquit.

CAP: XXV. De Aritberto Herulorum ac Vandalorum Rege Vigesimo quinto Cap: XXV.

Aritbertus Rhadagasi filius, Visilai Germanus, Herulorum, Vandalorum et Sarmatarum Rex sub Carolo Magno militavit, à quo meruit uxoris ejus sororem Regi-

nam

nam, qui obijt Anno regni sexto ac trigesimo, Visilai filio Billungo regni fasces susceipiente.

## De Billungo Herulorum ac Vandalorum Rege Vigesimo sexto Cap: XXVI. CAP: XXVI.

Billungus Visilai filius, Herulorum ac Vandalorum Rex à Vistula amne ac medijs Bructeris per Vindelos, Venetos, Baerdos, Sargatias, Circipoenos, Lingonas, Cisfinos, Polabos, Luconios, Chersonesum Cimbricam, Travas, ultrag Albim ad Visurgim Chaucorum usg ditionem tenuit. Regia ejus Megapolis tunc flo„ ventissima, in qua aedem Virginum Vestalium pri„ mus ipse excitavit, anno feve à natali Christia„ no nongentesimo octogesimo sexto. E Conjuge pri„ ore Mizzilaum, Sedericum, Naconem sustulit. Vi„ cta functa illa à Principibus finitimis, sui Studiosis, semel iterumq de amplectenda fide commonefactus Academiae tandem Christianae se devovit, latice sa„ cro venatus. At in perfusione ea ut perpetuo per„ severaret, sororem illi Vagonis Antistitis Coloniae an„ tiquae Chersonesi, Virginem venustissimam desponde„ runt et mox collocarunt, è qua filiam sustulit Hodi„ cam, qua facta est Megapoli Virginum sanctimonialium Antistes sacrificula. Nec tam multo interjecto tempore Billungus Mizzilai filij suasu fidem rejecit, Con„ jugem repudiavit. Et mox conversis in Christicolas animis locorum circa universa Sacra profana„ vit, Legibus Christianismi rejectis mori in Majorum cevemonijs pretulit.

CAP. XXVII De Mizzilao Herulorum ac Vandalorum Rege Vigesimo Septimo Cap: XXVII.

Mizzilaus Billungi filius in regno successit, Idololatriæ ab incunabulis mancipatus, et Fidei inter hæc asseclis omnibus savus perinde ac truculentus. Privignam à vitu sacro avocavit invitam, eamq Boosilavo Sarmatarum Regi conjugem dedit. Coetu Virginum Illustrium reliquo auraryis ac equitibus suis auratis et aulicis communicato, quibusdam et in Rugios missis. Moriens vero Mistævonem et Mizzidrachum reliquit liberos superstites è Sophia Regis Pannonum filia. At Boosilavus Socer cum Ottone III. Cæsare Romano foedere inito Sarmatas universim à Vistula ad Vindum usq ad fidem compulit, multum opitulante Adelberto Antistite, genti etiamnum inter divos claro. Bohemos vero Spiteraus Dux Pontifice maximo Stephano septimo convertit.

CAP. XXVIII. De Mistævone Herulorum Vandalorumq Rege vigesimo Octavo Cap: XXVIII.

Mistævo Genitori Mizzilao elato successit, unacum Germano Mizzidracho. Multa ut temporibus illis bella ipsis, plurima cum Saxonibus. Ab ys enim bello fracti, cum avaritia immodica depeculantur et pendendo ære annuo pregravarentur, à fide quam nuperi susceperant, facile defecere, libertatem à Majoribus relictam ferro tutati. Sollicitatus per tempus id Mistævo à Saxonum Duce Bernone in bellum, quod navarat, pollicita expeditionis præmia filia, cum equitibus cum mille amplius pro-

sequutus est, quorum pars plurima desiderata. Re-
versus itaq; dari sibi filiam postulat, nuptijs celebran-
dis praestitui diem. Spe vero illusus, Theodorico insuper
Marcomanno connubia in Comitijs Illustrium multo-
rum Improbante et disswadente, Religionis hostem
imo desertorem canem appellitante, ut refcivit Mi-
stavo, rem haud aequabili animo tulit. Quare primo quo
tempore primarios suos in Universum omnes in Urbem
Rhetam tunc amplissimam convocat, humaniter sin-
gulos compellat, injurias publicitus dequestus ad ul-
tionem hortatur, operam ergo illi polliceantur suam,
si modo strenue injurias eas sit ulturus. Macti, in-
quit ille, este, Canis canem agam, victum exerta-
bo, aemulos mordicus mulctabo, vetaliationem mi-
nime vulgarem desumam. Atq ita Exercitu subita-
rio Cherfonesum populabundus ingressus vastavit. Co-
loniam antiquam regionis tunc Principem et anti-
stitum Metropolim Igni ferroq quassavit, flam-
mes occidit, Ordinis canonici viros poene omnes pe-
cudum more mactavit. Qui superfuere, eos cepit,
et disfecto Crucis instar Cranio per Urbes Vanda-
lorum plurimas Spectaculum dirum praebuit, ma-
nibus inter haec post terga revinctis, haec illi sacra
Catharmata, nec cessavit, donec per ignominiam
summam animum exhalarent, inter quos Odoacer
Presbyter dignitate coeteris praepositus martyrij
quoq fastigium meruit, quorum natales ad nonas Ju-
lias melior posteritas triumphat, sed et Ammopolim
Urbem percelebrem, quae ab Ammone, hoc est Jove,

nomen tenet, qui ἄμμιον Græcis, quæ Cl: Ptolomæo Τρήουα, Træva præter opinionem omnium cœpit, et Ordinis Sacri Viros juxta et foeminas, qui terrore immanitatis tam efferatæ perculsi in ædibus ibi Sacris profugium quæritantes delituerant et propinquante hoste Crypto porticis undecunq et hypogæis sese illatebrarunt, non uno lethi genere ad Carnificinam pertractos ad unum perdidit, suis etiam ac insontibus sævus ac truculentus. Moribus illis perditissimis Vandalorum, Religio Sacrosancta, quæ gliscere jam paululum cœpit, pessum ivit. Nec multo post Marcomannus author Contemnendi Mistævonis tyrannidem immodicam exercens à suis explosus, dignitate exutus, Parthenopoli, quæ Cl: Ptolomæo μοεόυιον Mævium ex torris consenuit, mendicabulum habitus, quâ calamitate misellus elatus est. Mistævo vero in ultima poene ætate moribus mutatus, gestorum penitus, in album se Christianorum adscribendum depoposcit, et cum à suis ob id detestaretur, exilium sibi voluntarium indixit ac in Urbe, quæ vicus Bardorum tunc frequentissima, Antistite insuper peculiari honestata, vitæ reliquum pientissime exegit, Anadrocho, Udone ac Gneo filijs superstitibus ex Margaretha Henrici Cæsaris filia aut potius nepte.

CAP: XXIX. De Anadracho Herulorum ac Vandalorum Rege vigesimo nono Cap: XXIX.

Anadrachus, Mistævonis filius, in regno succes-

sit

sit, qui moriens anno fere à natali Christiano millesi-
mo decimo quinto Nicolotum filium parvulum reli-
quit. At quid egerit, temporum iniquitate perijt.

De Udone Herulorum ac Vandalorum Cap: XXX.
Rege trigesimo Cap: XXX.

Udo, Mistavonis filius, Attilae Germanus, Nicoloto Patrueli ob annos infantiles exclusso, regnum moderan-
dum suscepit, ofor et exstirpator perfasionis nostrae insignis. Post multa itaq; quae crudeliter perpetravit, ne suis quidem parcens, ab equestris ordinis viro trans-
fuga quodam, qui à Saxonum gente desciverat, ferro occubuit anno millesimo quinto supra nonage-
simum, relicto ex Marina Regis Cimbrorum filia Godescalco filio Regni Successore et filia, quae nupsit Blusoni, natalibus clarissimis orto.

De Godescalco Herulorum ac Vandalorum Cap: XXXI.
Rege trigesimo primo Cap: XXXI.

Godescalcus, Udonis Regis filius, succesit, Rex inclytus et ad fidem ante conversus, quam Regni
fasces assumeret. Annales Cimbrorum autore Saxone Grammatico Aspribignaeo Genitore prognatum tradunt, fidei Christianae observantissimo. Aetate adhuc tene-
ra litterarum latinarum rudimenta accepit. Nihil illi antiquius, quam necem ulcisci paternam. Qua-
re Diademate regio in Urbe Vineta de more inau-
guratus, indidem orationem ad suos habuit. Cherso-
nesum armis dein adortus et universa vastans clade sanguinaria brevi sibi loca ea subjecit, de hostibus ultionem sumpsit. Etiam Canutus Cimbrorum Rex eo-

gnomento Gamelus bellis suorum urgebatur, Noricis ac Suevis rebellibus, adversum quos Imperator Exercitus Godescalcus designatus, Victoriam insignem adeptus est. Sed et Britannorum Regem Cimbris per tempora ea insultantem brevi compescuit. Quibus bellis feliciter gestis Syritham meruit, Svenonis Regis Cimbrorum filiam, Virginem speciosissimam cum dote summa, quacum pompa illustri redijt, à suis honorificentissime exceptus. Deformitatem vero soli intuitus et agrorum faciem incultam miseratus, quæ bello vastata instaurare rursum coepit. Infideles cohibuit, templa instituit, religiosis etiam ac Vestalibus Virginibus coenobia donavit, declamare et prædicare ipse solitus persvasionem Christianam lingva Vandalorum, quam ignorarunt temporis illius Sacerdotes, gentili, ab auditoribus suis Leontij in Albis ripa in mediâ Concione cruciabiliter cum Popone Presbytero, alijsq multis Sacri ordinis Viris occisus, septimo Idus Junias Anno ferè à natali Christiano millesimo quadragesimo, ex Uxore priore Symbulla, Regis Sarmatarum filia, Bute, ex Syritha vero Cimbrorum Henrico, liberis superstitibus, inter divos relatus, qui, si vivere sibi diutius licuisset, in animo habuit, barbaras pro fide Roxalanorum, immanesq gentes adire et belli viribus convertere. Conjux optima contemptim deinceps habita, bonis insuper omnibus exspoliata, ipso etiam mun-

mundo muliebri exuta Megapoli consenuit, qua in Urbe maritus aedes sacras tris excitavit, fidei perfugium. Nec malo tanto expleti Vandali, divum max Anscarium, Archipraesulem Bremanum, Ammonitarum antistitem in Polaborum finibus offen-
sum, captum, lapidibus ruere instituerunt, cum multis suorum, quos Vir sanctus impetrato à percussoribus ante, ut è vita migrare, illos cerneret, ac fidei constantiam acerrime hortabatur, postremus ipse suorum occisus genibus humi innixus, faxis et ipse adobrutus. Et talis erat Viri divini exitus, quum Johannem Episcopum, tum Megapolcum, quem ex Albanacti Regno Godescalcus ante acciverat, Virum insignem, captum spectaculo servarent. Nam max fustibus caesum et per Urbes insignes omnes ridiculariorum vexatum in Rheta tandem, truncatis ante manibus ac pedibus peremerunt, artubusq corporis reliquis lancinatis ac minutatim dissectis orantes in Itinere disperserunt, capite tantum integro adservato, et Rhadagaso numini summo conto adfixo in Rheta delubro immolato. Blusonem praterea Virum integerrimum, qui favorem habuit Godescalci Regis, avibus matis, ut vulgi saevitiam compleret, adventantem, licenti-
am punitorum, manibus ac pedibus populatum trucidarunt. Permotus insolentia tanta Ordelaphus Saxonum Dux Illustris, annos bisseno non cessavit bello in Vandalos debachari. At saepe sapius dispa-
latus ac profligatus, nihil in gente immanissima profecit.

Neq vero cessavit malum infelicissimum illud, donec
suborto bello intestino, quo Khatarij et Vindeli de Kha-
dagasi Gazophylazio, cum Cisfinis et Circipoenis armis
dimicarent. Victi ergo praelijs tribus Khatarij ac Vin-
deli, multis utring desideratis, dum stipendiariorum
auxilio pugnam instaurant, infeliciter iterum con-
gredientes bonam magnamq Exercitus partem ami-
sere, sic pacem coacti redimere aeris vi maxima,
quo onusti Principes abiere. Et Episcopium Colo-
niae antiquae Chersonesi grassantibus bellis illis
per annos ferme quatuor ac octoginta sine Anti-
stite jacuit, mox cessantibus instauratum. Abe-
lino inter primos tunc praesidente, in Polaborum
vero metropoli Aristone, qui ex Solymis evocatus
erat. Coepit vero Praesulatus Coloniae Cher-
sonesi an-
tiquae ab Ottone primo Caesare Romano, anno a na-
tali Christiano noningentesimo quadragesimoquar-
to, Marco ibi Antistite primo. Sedet Megapolensis
ab Obetritarum sive Herulorum Regibus sube-
odem quoq Ottone quadragesimo fere tertio. At Po-
laborum ab Henrico Saxonum Duce maximo cog-
nomento Leone, sive, ut nonnulli, superbo, qui
in Ammopolitanum tum omnes referebantur,
a Caroli illius Magni filio Ludovico institutum, nunc
cum plerisq aliis in Archi Episcopatum Bremanum,
qui ante coepit authore Carolo anno fere septin-
gentesimo octogesimo quarto. Verum Cimbri fidem
non multo inde agnovere Christianam sub Rege Humol-
do, qui Haraldus, anno a natali Christiano octingentesi-
mo

no trigesimo secundo, qui, cum dein à religione de-
ficerent, ab Henrico Cæsare Romano sunt restituti sub
Mülbano Rege, Saxo Grammaticus Cimbricis Annali-
bus fidem amplexos scribit, Frotone Rege, Canuti fi-
lio, Agapeto Pontifice maximo.

## De Büte Herulorum ac Vandalorum Rege trigesimo secundo Cap. XXXII. CAP. XXXII.

Büte, Godescalci Regis filius, successit à suis brevi,
ne necem ulciscaretur paternam, cum Henrico privigno ex-
plosus, Critone Rugio, tyranno hoste fidei acerrimo adscito,
Gryni filio. Büte ergo in Vicum Bardorum confugit, ut
auxilia à Saxonum Ducibus expostularet, qui mox
illum pro vetere Obetritarum amicitia restituerunt,
coeterum suis semper infensum, quum, quod religionem
amplecteretur Christianam, tum quod foedera iniisset ex-
terna, à Critone per insidias sublatus, in arce Cherso-
nesi Plona anno fere millesimo sexagesimo sexto,
regnum percussore occupante, quamvis Pribislao et Ki-
coloto ex Roda Rugia liberis superstitibus, instaurata an-
te Urbe à Genitore excitata, quam Buten nuncupa-
vit.

## De Critone Herulorum ac Vandalorum Rege trigesimo tertio Cap: XXXIII. CAP. XXXIII.

Crito percussor Rex sive potius tyrannus, Regnum
haud ita diu obtinuit. Nam Henricus comperta Germani
nece Exercitu Cimbrorum maximo proxima, quae popu-
latus spoliis opimis suos ditavit. Mox iterum ac tertio
diens Vandalos usq adeo et tyrannum lassavit, ut petere
pacem cogerentur et regni simul potiundi cum Critone

facere facultatem. Sed id tyrannus tanto facilius an-
nuebat, quanto sperabat opportunius, competitorem dolo
tollere, quem vincere armis non posset. Nec dubium,
quin negotio parvo Henricus elatus fuisset, sinon à
Critonis Conjuge Sclavina, ut tyrannum declinaret,
praemonitus fuisset. Ea enim in necem mariti adu-
lescentem ultro sollicitavit, consilium auxiliumq;
pollicita per internuntios modo post mariti fata, ty-
rannoctonia, uxor fieret. Sic Crito pompa nuptiali
quadam convivio ganeato ac gliscero ex dispositio debi
olatior dum januam dicta, sive hibernaculi humilio-
rem exiturus, caput belo submittit, à dorypphoro cer-
nuus securi obtruncatus est, merito perfidiae supplicio.

## AP. XXXIV. De Henrico Herulorum ac Vandalorum Rege trigesimo quarto Cap: XXXIV.

Henricus Godescalci Regis ex Syritha, regio Cim-
brorum genere, filius, sublato tyranno Critone muta-
ta jam fortuna amicos plurimos nactus est. Uxorem
Tyranni superstitem, conjugem duxit, quae erat ma-
tris Magni Ducis Saxonum soror. Urbem fere habita-
vit Urbis Butes, quam Coloniam Luconiorum magnam
dici maluit. Primo quoq tempore agris quasi clau-
sis Jani foribus, jura sua reddidit, latrunculis re-
gionem perpurgavit, sedes novas inaugurauit. Tan-
ta ergo ejus felicitate perculsi Vandali, à quo legibus
jussu vivere, Fidei, tributaq; praeter solitum pendere,
pro libertate pristina, quam insolentia sua asseru-
runt, bellum desumunt. Conserta manu Rex in medijs

Lola-

Polaborum finibus prælium committit, campo, cui Smilo nomen, quo ope coelesti adjutus, agmine hostili à Sole supernè occiduo coeuntiente, victoria potitus est, profligatos cum Conspiratoribus ad deditionem compulit, et in officio deinceps semper continuit. Inter hæc Rugij Critonis mortem ulturi exercitu lectissimo Henrico cum in Colonia sua Luconiorum magna adoriuntur, in qua regiam tunc habebat, inermem ac improvisum. Nihil tamen territus arcis custodiam suis concredens, sirris, sive Cuniculis notis ac latebris unotantum Comite noctu effusus, exercitu subitario agminatim stipatus redijt, iter, qua Stativa hostes tenebant, strauit, et excubias equorum hinnitu cohitofallens, hostes de inopinato circumveniens, incubantes haud ita multo negotio peremit, excitatumq ignobile vulgus dispalavit et ad internecionem fere delevit, non paucis, qui fuga sibi statuerunt consulere, summersis, coeteris aegre evadentibus, qua Victoria ad Calendas Augustas parta est. Manet adhuc loco ante Urbis portam à Cadaverum indidem in Colle tumulatorum acervo nomen, qui mons Runorum hoc est Rugianorum. Nec fegnis fugientes in Rugios persequutus in suis etiam illos sedibus perculit, Insulam vicit et in deditionem accepit, omnibus inter Albim et Oceanum Cimbricum Vandalis ad Vistulam usq imperitans. Baldomarum filium potiundo regno Rugijs præfecit, sed quem mox peremere, præter quem Mistævonem, Sandopolochum, Canutum ac Gothofri

dum habuit. At Genitor irarum plenus inultum minime filium ferens cum exercitu lectissimo propinquat. Rugij sibi diffidentes, per flaminem numinis antiqui summum, humi stratum ante Regis pedes supplicem pacem orant et exorant à Rege humanissimo, qui parcendum potius, quam sangvine parentandum filio duxit, acceptis ex numinis ærario millibus argenti pondo quatuor ac quadringentis ac mundo fere muliebri universo. Sed et Marcomanas, item Brÿzanos ac Toderanos bello urgebat. Todærarum arcem in Orcelli littore munitissimam, obsidione vallavit, quâ expeditione, quamvis prædam præ se ageret opimam, Mistævonem tamen filium inter hamippos seu prodromos in Linogum finibus, manubijs intentum amisit. Ad pacis vero conditionem nihilo secius rebelles compulit, acceptis obsidibus, nihil adversi deinceps molituros. Obijt vero in Colonia Luconiorum sua magna, ubi Heroum illius in larario, quod in arce, quum regnasset annos circiter viginti anno fere à natali Christiano millesimo nonagesimo sexto, Sandopolcho, Canuto ac Gothofrido liberis superstitibus.

CAP: XXXV. De Sandopolcho Herulorum ac Vandalorum Rege trigesimo quinto Cap: XXXV.

Sandopolochus, Henrici Regis filius, genitore vita functo, Rex designatus est, quocum Canutus germanus ob regnum dissentiens bellum cruentissimum movit, quo brevi tributa à majoribus parta in dispendium

dium abiere, Vires regni marte eo intestino, quo pejus nihil, pessum iere. Victor tandem Sandopolochus Germanum pepulit, nec injurijs persequi desijt, donec obsidione vallatum in arce Chersonesi Plona, regni partem tantum orantem sed nihil exorantem, vita exueret, in oppidulo Lucoburgo, quo profugerat. Sublato ergo illo Sandopolochus cum Advolpho Chersonesi Comite Herulam arcem obsedit, eamq cepit. Sed et idem de Cissinorum Laciburgio tentavit. Relicto vero inibi exercitu in Coloniam se suam magnam recepit. Vicelinus Vir insignis, qui in Religione jam Christiana celeberrimus finibus istis spectabatur, ut ad fidem Regem quoq pelliceret Ludolphum ac Vulcuardum, presbyteros vitæ eximiæ ex Faldera Chersonesi eo nomine ablegavit. Verum enim vero de Parricidio Germani haud ita diu Sandopolochus lætatus à Daxone doryphoro, oppido eo, quo Canutum peremerat, prognato, crudeliter ad Ditem demissus est, relicto Svinicone filio.

## De Svinicone Herulorum ac Vandalorum Rege trigesimo sexto Cap: XXXVI. CAP. XXXVI

Svinico, extincto genitore fato misero, solus jam superstes in regno successit. Sed nec illius conditio genitoris felicior, pauco interjecto tempore Erdenopoli in ripa Albis è regione Leoburgij, quæ Κοινοργνὸν, coenognum Cl: Ptolomæo, enecatus, in quô Henrici Regies progenies finem cepit.

CAP: XXXVII.

# LIBER.

## De Canuto Herulorum ac Vandalorum Rege trigesimo septimo Cap: XXXVII.

Canutus, Erici Cimbrorum Regis filius, extincta jam Henrici Regis sobole Cymbrica stirpe genetrice Syritha prognati, Lothario Cæsari tum Romano sub quo adulescens militiæ rudimenta deposuit, proximum sese svadens ac etiam persvadens, Obetritarum sive Herulorum Regnum ab ipso largitioso, muneribus corrupto, non tam gratiosus quam nummosus accepit, anno fere à natali Christiano millesimo centesimo trigesimo quinto, superstitibus adhuc generis regij adulescentulis duobus Pribislao ac Nicoloto. Pompa itaq ingenti Tyrannus rediens, Corona à Cæsare diadematus Segobrigam Chersonesi initio occupavit, è qua finitimos omnes infestare coepit, breviq refractarios compescuit et in officio detinuit. Vandalos vero hostiliter adgressus, Pribislaum et Nicolotum hæredes regni legitimos vinctos abduxit ac in exilium conjecit, duriter in Urbe retinens Chersonesi, quæ Salosævicus nunc, ante Idibum et Hadobotum ac etiam Sæviscus authore in Annalibus Cimbricis Saxone Grammatico. Duro itaq jugo adulescentes optimi habiti, pro redimenda à Tyranno vita Regnum dediderunt, obsidibus inter hæc positis, in Regnum nunquam deinceps se speraturos. At enim Regno mox Cimbrorum Canutus à Nicoloto privigno, genitoris

ris Erici adulterino pellitur, cui Genitor Solymas aditurus regnum simul ac Canutum filium legitimum commendavit. Etiam spe pacis Nicolotus Canutum Sa-
losavicum invitavit, ubi cum Canutus regio sederet Diademate ornatus in solio insigni, Nicoloto nec adsur-
gens, nec ventitantis manum de more exosculans, terroris non modicum æmulo incussit effecit, ut insidias jam de perimendo moliretur. Adjecit ad hæc dolor justus Magni, qui erat Nicoloti filius, qui obortis la-
chrymis lamentabundus genitorem exosculatus adesse illum inquit, à quo Regno ipse olim pelleretur. At Canu-
tus doli admonitus inde se proripuit, nec ante rediit, quam Lotharius Cæsar Romanus percusso fœdere pacem inter eos firmavit. At haud ita multo interjecto tempo-
re Magnus convocatum in colloquium singulare Canu-
tum, disvadente multum Ingeburgi Conjuge, ne iret, quum non obtemperaret, ab hospite humaniter primum excep-
tus et compellatus, osculo etiam desvaviatus, dum ma-
li nihil cogitat, ferro confoditur, et minutatim mox ex-
carnificatur, relicto Erico ex Pellice fratre. Membra à Doryphoris contumeliose jactantur et adlatrantium Ca-
num esca trahuntur. Et talis erat Canuti Cimbrorum Ite-
rulorumq; Regis exitus, quem in divorum numerum Poste-
ritas rettulit. Cæsar nuntio interim tristi adfectus, Cim-
bros bello adoritur, cujus impetum quum Nicolotus Rex sustinere se non posse agnosceret, aris vi maxima inju-
rias redemit et ob culpam et se et Regnum Imperio sum-
misit Romano. Ericus vero Canuti frater superstes necem multam minime ferens, Cimbros terra mariq; aggreditur,

Rex haud ita multo negotio ab ipsis salutatus. Primo vero prælio infeliciter pugnans à Magno hoste dispalato exercitu fuga sibi consuluit. At instaurato mox auxiliarium ope exercitu, cum hoste rursus collatis signis superior evasit, Magnum occidit, Emon à Victoria illa inclyta appellitatus, veluti memorabilis.

CAP: XXXVIII. De Pribislao Herulorum ac Vandalorum Rege trigesimo octavo Cap: XXXVIII.

Pribislaus et Nicolotus Butes Regis filij, Herulorum ac Vandalorum Regis, regno ante exclusi, Stirpe jam Cimbrica sublata à suis revocantur, anno à natali Christiano millesimo centesimo quadragesimo sexto, è quibus major natu Pribislaus Rex à suis declaratur. Regno tamen ita diviso, ut Chersonesus Pribislao cum Luconijs, Nicoloto Megapolenses et Cissini cederent. Truculenti præter spem ambo templa à Majoribus condita vastarunt, lucos, penates, peribula sive delubra prisca amplexi, Idæas Deorum vanas adorarunt, suis insuper factis sævi. Etiam Rugij injuriarum præteritarum memores, Pribislaum Duce Race, in Luconiorum Colonia magna adgrediuntur, urbem capiunt, arcem demoliuntur. At interea temporis Pribislaus fato fungitur, in Colonia tumulatus magna. Reliquum vero erit auctarij hic nomine de Coloniæ illius Luconiorum magnæ auspicijs meminisse. Urbs ea præsignis etiamnum sub Imperio Romano venerationis inter Travum et Bagnisum amnes, qui ambo Χαλ ȣ̃ϐος Chalusus Cl: Ptolomæo loco amoenissimo, sita est, Luconiorum Caput. A Piscatoribus prodi-

proditur temporibus antiquissimis portu eo habitata, unde Romanis olim nota. A Godescalco dein Herulorum sive Obetritarum Rege instaurata, qui et arcem et Lararium ibi primus excitavit. Bute est nuncupata seu à Bute filio, sive ad imitationem Urbis βουλη, quæ Sauromatarum ad Mæotida teste Cl: Ptolomæo aut denique in honorem Amasij Veneris, qui Bute. At Henricus, qui Butes Germanus, idemque Regis Godescalci filius Coloniam Luconiorum magnam dixit, vulgus Lubecum, lingva Vandalorum gentili, quod amiculam significat. Sed et Lubemarus ac Crito, Grijni, Rugij filius nonnihil addiderunt. Ab ijs ad Aduolphum à Lothario Cæsare Romano Chersonesi, Comitem factum pervenit, à quo emporio nundino aucta, mirum in modum brevi excrevit. Quare fortuna ejus oblectatus Henricus Dux Saxonum potentissimus cognomento Leo, juri eam suo adscivit, sed quæ mox tertio vix decimo ab origine anno, posteaquam in Urbem coaluerat, igni fortuito absumpta est, à Cujus ruinis haud ita longe Leo aliam, ut nunquam illa succresceret, statuit, de nomine suo nuncupans. Facti vero dein poenitens, fundum pristinum prætulit, indictoque rursus nundino, emporium celeberrimum addidit, ob portus oportunitatem frequentissimum. Avulsit vero Fridericus primus Cæsar Romanus eam ab Henrici manibus ob rebellionem ab Imperio jam proscripti Romano, sed quam mox Canutus Cimbrorum Rex Regno suo superatam adjecit. Sed et Baldomarus dein Getarum Dux muris insigniter eam cinxit, ac Pomoerio, arcemque restauravit, sub quo fato misero Cives agentes ad Impe-

rium rursus Romanum provocarunt, à Cimbris liberati arvarium Imperium facti, in fide summa perseverant, magistratu nulli inter Germania Urbes secundo, ædibus fere è lapide coctili, qua asarotis universim, et lithostratis spectabiles.

## CAP. XXXIX. De Nicoloto Herulorum ac Vandalorum Rege trigesimo nono Cap. XXXIX.

Succesit Nicolotus Butes Regis filius, Pribislai defuncti germanus, sub quo rupto inter Adolphum Chersonesi Comitem ac ipsum foedere, Seobrigam obsidione cinxit, quam vastatam Adolphus instauravit, pulsisq. Vandalis, Morinos, Batavos, Mattiacos, Phrisios induxit, divisis viritim agris, à Lothario secundo Cæsare Coenobio inibi excitato. Agebat Pontifex tum maximus Romanus Eugenius, cujus tempestate Germani et Galli multitudine ingenti sub Casarelunrado Ludovico vero Gallorum Rege expeditionem agminatim in Asiam navarunt, pro Mausoleo sacro sancto ab infidelibus asserendo. Ad Imperatorem ergo Bizantinum cum venirent, et ille fidei eos Christianæ augendæ gratia arma movere intelligeret, benigne hospitaliterq. accepti sunt. Per invia mox ab illo montesq. vastos progredientes, hiimbribus, tonitrus, fulgure et injuriis alijs coelestibus perterriti, ac rebus necessarijs alijs attriti, desistere ab instituto coacti sunt. Pars itaq. in Hispanias vertit, Ulixbonam Urbem potentissimam idolatram tum hostiliter adgressi, ab Rege Hispaniarum sollicitati ut sub Academiam Christianam ea mitteretur. Pars

Nico-

Nicolotum Herulorum, Vandalorum Obetritarumq Regem Dololatria etiamnum studentem, appetivere, quorum adventu perculsus Dubinam Ariem veterem et munitissimam olim, vallis et aggeribus coeteroq apparatu bellico instruxit, ibi hostium ratus praestolari impetum, a finitimis omnibus a quibus suppetias oravit, derelictus. Et jam hostes in duas sese partes divisere. Alteri Dubinam Deminum altevi vallarunt, evocatis et Cimbris, quo Vandalis formidabiliores usq terra mariq evaderent. Verum enim vero Nicolotus Cimbros improvisos primo quoq tempore in Castris adortus, in littore eos Oceani ofcitantes ad internecionem poene delevit, paucis dispalatis, quos vel cepit, vel in flumen coëgit, quod inter illos ac foederatos medioximum, quo opitulari minus licuit. Turbato Clade ea exercitu Foedus ictum, quo amplecti fidem Vandali se pollicentur, sed quam non longius fatebantur, quam ex agris agmen hostile excederet. Nec mora et in Cherfonesum Vandali impetum faciunt. Territus gentis immanitate Adolphus Comes pacem aris vi maxima vix redemit. Sed et Cisinos et Rhatavios rebellantes Nicolotus negotio haud ita magno coercuit et in officio detinuit. Rhatam tamen ante Urbem tum celeberrimam aratro aequavit, qua nunquam coaluit. Dolum Rhadagasi cum numis argivocopei fustulit, in Ceremonijs Majorum in concussis perstitit. Una ergo jam tantum Spes erat Henricus, Saxonum Dux clarissimus, cognomento Leo, qui ab Albi ad Rhenum usq, a Chaucis in Carnos Imperium tenuit, sub quo Regis frangerentur fortuna. Leo itaq Federico

primo Cæsare in Italiam proficiscente opem laturus, Nicoloto graviter interminatus est, finitimos se absente pacto ullo ne turbaret. At Baldomarus Cimbrorum Rex prælijs ab eo interim pluribus lacessitus Leoni redeunti injurias dequestus, tantum effecit, ut ille Exercitu Herulos appeteret. Et jam Nicolotus, ne Urbibus suis et Arcibus, quibus diffiderat, ansam hostibus præberet, nonnullas sponte deflagravit, inter quas Megapolis, Ilium, Marionis, Herulæ tantum arci munitissimæ sese concredidit. Luconij quoq tempestate ea rebelles ab Herulis defecere, quorum Urbem facile Pribislaus ac Uratislaus Nicoloti filij per insidias cepissent, si non sublato ponte ab Atila arcis custode, mosynocco et pyloro exclusi fuissent. Sic Leo Megapolim, Ilium ac Marionem arces indefensas occupavit, finitimaq cuncta Imperio suo subjugavit. Mox Nicolotum cum liberis in Herulam persequutus itineris non ita gnarus, à Nicoloti præspeculatoribus interceptus bonam magnamq Exercitus partem desideravit. Sed et Reguli frumentantes clanculum æmulati perimunt. At dum audentibus id agunt, fuga sibi vix consuluere male à Genitore excepti, qui dum confidentissimus in hostes pabulabundos grassatur, lucullæa incognitus perfossus occubuit, cujus Caput per Castra circumlatum protinus est agnitum, quo facto et filij superstites Herulam incenderunt, de Sylvarum latibulis pugnare maluerunt, inde loca ea fere ante munitissima etiamnum deserta jacent.

De

# SECUNDUS.

## De Pribislao Herulorum ac Vandalorum Rege quadragesimo ac ultimo Cap: XL.

CAP: XL.

Amissa jam regni parte plurima et Nicoloto Rege Viro inclijto, Pribislaus et Uratislaus filij successere, è quibus Rex declaratus Pribislaus, at Uratislaus, qui cum Vandalorum nobilissimis arcem Herulam repetiverat, ab hostibus obsidione cinctus, diu multumq oppugnatus, saucius etiam redditus, quum spes nulla reliqua esset, hosti sese dedidit, à quo in Brunopolim Saxonum quæ Cl: Ptolomæo Ἰουλιβούρνιον Tulisurgium, vinctus abductus est. Leo ergo Victoria ea gloriabundus, Guncelinum, Virum virtute bellica clarum, Ilio ac Marioni sive Sverino præfecit, Comitemq designavit, à quo Comitum Sverinæorum origo prima. Megapoli Henricum de Scacis ex Morinis accitum, suffecit, locaq Herulorum reliqua Commilitonibus pro virtute cujusq distribuit. Sed et ex Angrivarijs Nobilitatem plurimam in Polabos induxit. Pribislaus vero etsi fratris abducti gratia perinde tristis bellum tamen nihilo secius instaurat, Megapolimq cum primis adortus occupatores improvisos orco dimisit, et sedem eam prorsus deflagravit, quæ adhuc inculta. Idem et de Ilio, Cussino locisq alijs præstitit, deq hostibus Victoriam fere usq reportavit. Irarum itaq ob id plenus Leo et prætabidus Uratislaum, mancipium, quum nec in Academiam recipi Christianam vellet, ante Urbem Malacham in arbore suspendio affecit, qui Nicolotum filium parvum reliquit. Et

68. jam Pribislaús auxilio omni destitútus, germano insuper orbatús, Consilij etiam inops apud Sidinorum Duces summam spei collocavit, ad quos confugit. Quare Leo exercitú Marcomannorum, Cimbrorum, Digúlorúmq; stipatús hostem insequitur. Occúrrit et interfectus Pribislaús, collatisq; signis Victoria cessit ad Vandalos, desiderato ex hostibus Adolpho, Chersonesi Comite, cum multis nobilissimis. Tanti momenti erat Herúlos regno exuere, et allophýlos sub fidem Christianam mittere. At redintegrato Marte Vandali Duce Leone vincúntur, multis tamen útrinq; casis, quâ jactúra accepta Pribislaús ad Casimirúm et Boofslavúm Sidinorúm Duces iterúm confugit et jactúram eam clades alia sequúta. Nam, qui superfúere Britzani ac Todarani ab Alberto Marcomanno, cognomento Urso, à Rege indefensi, avúlsi, ab Herúlis primúm in Marcomanni jura cesserúnt, à quâ re Marcomannæ novi in memoriam púlsis inde Vandalis ac superinductis Morinis, Mattiacis, Menapijs, Bethasijs, Batavis, Usipetibús, Tenetheris, Angrivarijs, Chaúcis. At Leo Victoria potitús Episcopatúm Megapolæúm primo quoq; tempore in Marionæúm, hoc est Suerinæúm transtúlit et Polaborúm Metropolim Racebúrgúm esse voluit, antistites ipsos fidei fúcæ ac Sacramento obstrinxit. Cúm Pribislao Rege icto foedere angústis eúm conditionibús exclúsit, Herúlorúm parte ac Cisinis alijsq; locis finitimis contentúm esse jússit. Nam Bernardo ex Ascaniorúm familia prognato Polabos Adolpho Chersonesúm adsignavit, quæ ditiones mox sub Foederi

derico Cæsare in Ducatus abiere. Pribislaus ergo Voiscla-
vam Noricorum Oceani Regis filiam Conjugem duxit,
à qua fidei devota, Christianismi Legibus eruditus latice
sacro à Geroldo Colonia Cherfonesi antiqua Præsule,
fidei Candidatus factus, universa, quæ à Leone rei di-
vinæ dedicata, robore perpetuo publicitus rata cen-
fuit ac firma. Nihil antiquius initio Rex ille habuit,
quam Doberanum, ubi lucus Majorum, penates ac ara
numini summo dedicare, quo in loco cœnobium, quod
extat, venerabile anno fere à natali Christiano mille-
simo centesimo sexagesimo quarto, ad tertium Calen-
das Majas excitavit in honorem divi Bernardi, Abba-
te primo Bernone, etsi Vandalis fere contemptibile,
qui Majorum Ceremonias haud facile reliquere, locum
eum quoq; tertio vastavunt et religiosorum sangui-
ne crudeliter polluerunt, à quibus irruptio prima
anno facta millesimo centesimo unde octogesimo,
quarto Idus Novembris. Sed et Nicolotus nepos ex
arce, quam in Lacibürgio Cisfinorum habuit mis-
gnem, phanum divo Petro sacravit, quod etiamnum
extat. Et nupera tunc inter Vandalos fide, opilio,
quæ lupis fere infestabatur gregem lacerantibus,
quum Doberani à Concionatore audijsset, Christum
esse Pastorem optimum, quig oves minime lacera-
ri sineret, eucharistiam de more sacram sumpsit,
et in pedo condita gregem sæpe lustrans anno toto
à Lupis jactura accepit nihil. Tradidit dein simulam
uxori custodiendam, quæ in Grabbatulo abdidit, Re-
cepta forte fortasse in magaliolo mulieve metaca, lumi-

na duo noctes juges ardere coeperunt, sed præterquam nemo id spectarat, donec præmonstrante ea et opilionis Uxor videre illa dignata est. Inde pedum ab ea diligentius observatum, sed quum et præcidere illud instituit, quo magis quadraret, nihil detrimenti inde persentiscere potuit, etsi semel iterumq tentaret, quare inter stramenta gurgustij ita ut erat condere coacta est. Suborta mox inter mulieres jurgio ac rixa, quam vapularet peregrina ab Opilionis Conjuge, ad Præfectum loci quærulabunda accurrit, et rei raritatem denarrat. Sic illo arbitro sangvis theantropi rutilus in pedo repertus à Choro cuneoq religiosorum venerando de Oporophylacio receptus in Sacello, ubi et jamnum extat, honorificentissime collocatus est, à peregrinis undicunq religiose visitatus. Adijt interea temporis mausolæum Solijmarum sacrosanctissimum Pribislaus anno fere à natali Christiano millesimo centesimo septuagesimo primo, quo cum H. Leo amore Regem eximio, quoad vixit, prosecutus, à Sultano Ægypti insigniter excepti, revertentes et à Byzantio Imperatore muneribus sunt amplissimis donati, elephantis quinq et equis dromonibus complurimis. Ad ludum demum ex equo Xysti cum militariter in urbe Lunæ faciens athlon maxime præ ceteris sperans, hoplomachi neglectus incuria, sella in medijs clostris excussus, fractis cervicibus exspiravit

anno

anno millesimo ducentesimo decimo quinto ad Ca-
lendas Octobris, relicto Henrico filio, tumulatus
in monte ibi Calcario, ubi Coenobium tum, quod nunc
divi Michaëlis, cujus Cineres posteritas Doberanum
tulit, ubi religiose siti sunt in loco quo sus sepul-
chrale et heroa Principum etiamnum, multaque vel
in Parietinis Regum monumenta priscorum et ste-
lidæ. Vandali vero Pribislai comperta morte à fi-
de fere defecerunt, Doberanum fidei propugnaculum
unicum vastarunt, multos è religiosis trucidarunt loco
annos septem reddito deserto, restitutis inter mala hæc
peribolis et Idolis. Accessit ad hæc Nicoloti fatum cru-
entum. Nam, quum insolentiam suorum ulturus ac-
cingitur à Vandare posconibus cum octoginta se-
ptem paredris et primo ordinis viris mactatus est,
anno fere millesimo centesimo septuagesimo nono,
octavo Calendas Junij, Doberani cum illis tumula-
tus in Curia illa antiquâ ubi et Voislava, Regina
Pribislai Regis Herulorum ultimi, conjunx in Sacello
in quod Saxum ibi literis insculptum Romanis indicat.
Adjiciendus vero Coronidis loco titulus Regis. Nam
et illum in sacello eo, monstrante aeditio invenimus,
qui: Pribislaus Dei gratia Herulorum, Vagirorum,
Circipoenorum, Polaborum, Obetritarum, Cisfino-
rum Vandalorumq Rex. Sed et nos Regis ejus mo-
numen stolio epinicio illustravimus.

Primus ego ex Herulis, patrios, qui liqui, Penates
Quig Pribislaus credidi primus ego,

Testantur Veteres mavortia signa triumphos
Romulidæ proceres funera casa canunt
Quis nescit Gentes magno stratas Rhadagaso?
Ternio, qui centum millibus occubuit
Aut Regis alios priscos, quis territus orbis
Ortus et occasus, bellica præda ruit.
Nam, siquid Cimber, siquid Geta, Chattus, Alanus
Sarmata vel gessit, trux Herulus fuerat
Terribiles etiam divis et fontica tabes
Horror Romano maximus Imperio
Nos tamen ut domuit Saxonum Dux Leo fortis
Hunc tibi mox placidum Christe dicavi locum
Dehinc Solymas adij, rediens dum Troica lustri,
Urbe cadens Luna tristia fata tuli.
Oblitos sed ibi Cineres Doberana propago
Non tulit, at justis condidit illa locis
Claustra sacrat rabidus Diti ter Vandalus atro
Parcit nec Patribus carnificina bonis.
Conduntur tumulis ingentia corpora parvis
Qui vel quot casi, vasta ruina docet
Surrexerit subito, tamen altis moenibus orsa,
Et stetit in fundo, caula superba novo
Felices semper, si jura tuevi Nepotes
Prisca loci studeant, et pia coepta juvent.

CAP. XLI.

## De Henrico Herulorum ac Vandalorum Domino Cap: XLI.

Henricus, Pribislai Regis filius, succesit, cognomento Burvinus, ab Avo materno Rege Noricorum, Viro inclyto, in quo primo titulus regius cecidit, Majoribus sub Cunrado, Ludovico, Foederico Cæsaribus Romanis, maxi-

meg

meq sub Leone Saxonum Duce potentissimo attritis et immo-
dice oppressis, sed qui Urbes vastatas ac moenia nonulla re-
stauravit, inter quae Doberanum, Coenobium eximium, an-
no millesimo centesimo octogesimo sexto, octavo Calendas
Junij. Uxorem duxit Matildim, filiam Regis Sarma-
tarum, Virginem virtute insignem, quae prima excita-
vit Campum Solis /: Sonnen camp:/ Coenobium Virgi-
num Vestalium, anno millesimo ducentesimo vigesimo quin-
to, quod, posteaquam stetit annos octo translatum est
in locum oportuniorem, ubi nunc Monasterium no-
vum /: Neü = Closter:/ dicitur. At Henricus post faci-
nora egregia multa elatus est, apud Majores conditus
Doberani anno millesimo ducentesimo vigesimo septi-
mo ad sextum Calendas Februarias, Henrico et Nico-
loto filijs superstitibus.

## De Henrico Juniore Herulorum et Van-dalorum Domino Cap: XLII. et ultimum. CAP: XLII.

Successit Henricus cognomento Burvinus Junior, cum
Nicoloto Germano, qui Regnum dividentes, huic Me-
gapolaea ditio obvenit, qui nec ita multo interjecto tem-
pore de alto praeceps in Gadebuso occubuit, tempesta-
te fere ea, qua inclyta illa Helysabetha et Vir claris-
simus Franciscus in divorum numerum relati. Illi
vero Heruli et Vandali cessere, qui Sophiam duxit Regis
Svecorum Oceani filiam, è qua sustulit Johannem, Ni-
colotum, Burvinum, Pribislaum et filias duas. Primus
ille templum cum Viris ordinis Canonici in Urbe Gu-
stroina in honorem divae Caeciliae incepit, in cujus olim

die festo tota Vandalorum regio fidem agnovit Christianam, in quo templo et tumulatus est anno millesimo ducentesimo duodetrigesimo. Et post Henrici illius fata Regnum inter liberos ita divisum ut tituli etiamnum durent, quibus in ditiones diversas abiere, quas singulas Libris deinceps singulis prosequemur. Nam Joanni natu maximo Jura Megapolæa accessere; Burvino Cissini, qui sunt Rostochiani; Nicoloto Heruli et Vandali. Pribislao Parchuni et finitimi, qui solus sine liberis vita excessit, æmulator Majorum insignis, fidei refractarius, qui Virginem in Peltâ picturatam aurea gestare adoraregq solebat. At dum in Sverinæum Antistitem hostilia molitur, Peucinum /: Bützow :/ urbem agri ejus post Sverinum Principem Vulcano tentat, capitur, et hærediolo vix universo liberatur. Duxit tamen in Conjugem Mistævonis Sidinorum Ducis filiam cum Belligarda Civitatula dote, ubi consenuit.

# LIBER TERTIUS
# DE DOMINIO HERULORUM AC VANDALORUM.

## De Nicoloto Herulorum ac Vandalorum Domino primo Cap: I.

CAP. I.
NICOLOTUS sive NICOLAUS. I.

Nicolotus Henrici Burvini Junioris filius, Herulorum ac Vandalorum Dominus, jam primus, hæreditate ex nuperis; vera divinam nusquam negligens, opibus eam amplissimis usq promovit. Templum enim Gustrovinum à Genitore coeptum sumptuosissime absolvit, Ditionem insuper Herulam moribus Christianis optime formavit. Doberanum, ubi Conditorium commune Sechelino ac Glina vicis locupletissimis donavit, quibus sigillatim suis Jus humandi meruit. Uxorem duxit ex illustri Ascaniorum familia, ex qua sustulit, Henricum, Johannem et Bernardum, qui in fata brevi concessit. Nicolotus itaq, quum prudentia singulari polleret, haberetur q axiologus, authoritatis plurimæ et inter hæc Urbes, arces q vel excitaret novas, vel instauraret Veteres, ottonem Marcomannum facile in se commovit, qui Herulorum fortunis plurimum refragabatur, quiq Nicolotum ad Servitutem etiam serviendam deposcere ausus est, et vocatum in colloquium, quum impar numero congrederetur, fidem invitantis secutus contra jus gentium capere. At ille præsidium, quod insidijs reliquit, veritus, quod evenerat, signo dato advocans negotio modico Marco

mannum exterruit et in fugam convertit, ex dispalatis ordinis equestris sexaginta mancipavit, ex milite gregario complusculos. Elatus anno à natali Christiano millesimo Ducentesimo septuagesimo septimo ad nonas Majas.

CAP: II. JOHANNES: II. Pacificus.

## De Johanne Herulorum ac Vandalorum Domino Cap: II.

Johannes Nicoloti filius, Herulorum, Vandalorum Dominus, filiam duxit Comitis Rupinorum ac Linogum Sophiam, è quâ genuit, Nicolotum, Johannem, Güntherum, Henricum, Bernhardum, è quibus duo postremi religioni sese devoverunt in Urbe Rebellione, divi Dominici Ordinem professi. Güntherus Parthenopoli in collegium Canonicorum adscitus est. At Nicolotus natu maximus Rixam Cimbrorum Regis filiam sponsalibus solennibus procatus, in ædem eam Virginum Vestalium Dobertina usq ad ætatem maturam educari curavit.

CAP: III. HENRICUS, Senior cognomento Modestus.

## De Henrico Herulorum ac Vandalorum Domino Cap: III.

Henricus Nicoloti filius germanus Johannis ex uxore prima Henricum ac Nicolotum progenuit. Duxit dein Conjugem alteram è Brunopolitana ac Lunaburgiana familia, qua elata tertiam Ducis Sidoniorum filiam, è qua prognatus Barnimus, qui vitæ monasticæ in Coenobio Colbasio dicatus. At Henricus et Nicolotus imperium Genitoris longævum perosi, dum regnandi avidi, capere eum et vinculis mancipare contendunt ad Salas Rugiorum imprudentia eum interimunt anno

Istein dorff heist Sale
Ihr glück ward schmale

anno millesimo ducentesimo nonagesimo primo ad VIII. Idus Octobres. Nicolotus, qui à germano in Genitoris necem erat sollicitatus doloris impatientia haud ita multo interjecto tempore vitam cum morte commutavit. At Henricus Parricidij Author, cum diluere crimen tentat, diem dicit, arbitris Visilao ac Boosclavo Sidinorum Principibus, qui causam accusante Nicoloto Patruo Rostochij adiem praestitutum audierant, quum nihil praestaret dignum, majorem in se adstantis multitudinis acerbitatem conflavit, et aegre Judicium evasit. Sed et perfidus ille Ducem Rugiorum, qui revocandi ejus gratia ablegatus venerat, jure Gentium violato cepit et vinctum abduxit. Sic dum expiare apud Gentiles ac familiam contribulem coeteram illustrissimam facinus impientissimum non potest, rebus exutis omnibus exilio perpetuo damnatus meritas Parricidij poenas dedit.

## De Nicoloto Herulorum ac Vandalorum Domino Cap: IV.

CAP: IV. NICOLOTUS II

Nicolotus Johannis filius Rixam, Cimbrorum Regis filiam ex aede Vestali revocatam nuptijs festivissimis conjunxit, è qua Joannem ac filiam unam procreavit, qua Erico primum Svevorum Oceani Regi desponsata, mox ruptis sponsalibus, Gerardo Chersonesi Duci data. Prima adversum Rugios movit ob ordinis equestris viros familiae Ostraenae, qui supplices ad eum confugerant à Visilao Rugiorum Principe duriuscule habiti. Commisso itaq; ad Vicum, qui Ramelo, praelio, Herulus superior factus, multos Rugiorum Proceres cepit, Ostraenos solo explosos restitu-

it, sed et Marcomannum per tempus idem insultantem repulit, Eltanang arcem, quo injurias eas reprimeret, primum excitavit, mox valetudine correptus Jatros in Agathopoli Gallorum, qua vulgo nunc Mons pessulanus, consulit, valetudinarius rediens paucis post diebus vita defunctus est, anno fere à natali Christiano millesimo trecentesimo decimo sexto.

CAP: V.

JOHANNES IV. it. Junior.

## De Johanne Herulorum ac Vandalorum Domino Cap: V.

Johannes Nicoloti filius, genitore vita functo successit, qui Matildem, Ottonis Sidoniorum fili-
am Conjugem duxit, qua exsuscitavit Nicolotum ac Johannem, Filias insuper duas, quibus alte-
ra Ottoni Comiti Sverinano nupsit, altera in Virginum Vestalium chorum edis Dobbertina se dedidit.

CAP: VI.

NICOLOTUS IV.

## De Nicoloto Herulorum ac Vandalorum Domino Cap: VI

Nicolotus Joannis filius, nominis ejus quar-
tus, filiam duxit Comitis Rupinorum ac Linogum, è qua sustulit Greum cognomento Janicum, Ma-
tildim et Agnetem, è quibus hac nupsit Bernar-
do Herulorum ac Vandalorum Domino, qui si-
ne sobole moriens, hereditatem in Cisfino-
rum Principes transmisit patruos, illa Lau-
rentio Herulorum idem ac Vandalorum Principi.

De

## De Johanne Herulorum ac Vandalorum Domino. Cap: VII.



Joannes, Nicoloti germanus, Conjugem duxit Matil-
dem, Ottonis, Ducis Brunopolitani ac Lunaburgiani
filiam, è qua prognati Nicolotus, Bernardus et filia
duae. Et tempestate illius anno fere millesimo trecen-
tesimo quinto supra vigesimum, Judaei in Civitate Van-
dalorum Coraco evchariſtiam sacram saeve lancinarunt,
et mox territi sub divo sine honore ullo sanguinolen-
tam reliquerunt. Qua injuria affectus Princeps opti-
mus, pro magno habuit negotio, ut sontes domesticatim
requisitos ad supplicium raperet, quos et compreken-
sos causam ex Vinculis dicere coëgit, et sic rem univer-
sam ordine didicit, Evchariſtiam sacram repertam loco
celeberrimo solenniter statuit, reos igni ultore puniri
jussit. Sed et non multo interjecto tempore Sabbatha-
rij in Urbe Gustroina facinus idem facinorosissimum
ausi in Evchariſtiam, quam vite sacratam à puella
indiegena anno millesimo fere trecentesimo quinto
supra vigesimum, coëmerant, nevitas sacrilegij poe-
nas dedere, puella acerbiore etiam sententia exustu-
lata et excarnificata, refossa honorificentissime inter
hac Evchariſtia, qua in templo nunc ibi divae Coeciliae
bis die religione eximia commonstratur. Et post
tempora illa Joannis ipsius Conjux emoritur, in Re-
bellione tumulata, cui tum fato consecutus ipse in Majorum
Conditorio suorum desepultus est, relictis Nicoloto et Ber-
nardo filijs, ac filiabus duabus.

# LIBER.

CAP: VIII.
NICOLOTUS III
H: Balbus.

## De Nicoloto Herulorum ac Vandalorum Domino. CAP: VIII.

Nicolotus, Joannis filius, Conjugem duxit filiam Johannis Ducis Cherfonesi è qua fustulit Laurentium et Johannem, filiamq unam nomine Catharinam, qua nupsit Alberto, Saxonum Duci, qui cognomento de Vico Bergero.

CAP: IX.
Laurentius.

## De Laurentio Herulorum ac Vandalorum Domino CAP: IX.

Laurentius, Nicoloti filius, rei divinæ ab annis teneris incumbens, paci sic didicit insvescere, ut laudem sit insignem ad posteros adeptus. Conjugem duxit Matildem Gnei Janici Herulorum ac Vandalorum Domini filiam /: sororem :/ è qua Stirpis Virilis liberos quatuor fustulit, Baldasarem, Joannem, Nicolotum, Gvilielmum, è quibus Nicolotus credundijs vix egressus è vita migravit, in Urbe Güstroina conditus. Gvilielmus quoq re nulla memorabili gesta elatus. At Laurentius grandævus obiit, sepultus in æde divæ Coeciliæ in Urbe Güstroina anno milleſimo trecenteſimo nonageſimo tertio ad Calendas octobris decimum ſeptimum, Conjuge ante in Parochino in æde divi Francisci tumulata.

CAP: X.
BALTHASAR.

## De Baldasare Herulorum ac Vandalorum Domino CAP: X.

Baldasar Laurentij filius, uxorem duxit Euphemiam, Magni Ducis Megapolæi filiam, qua fine liberis vita excesſit, in Urbe Güstroina tumulata. Euconios hostilia meditantes ad pacem brevi compulit, quam redimere

vis

æris vi maxima coegit. Duxit dein Heilabrigam, Ducis Cherſoneſi filiam, è quâ, peſte ipſe ſæva correptus, nihil liberorum relinquens, interijt, tumulatus in Urbe Guſtroina in templo diva Cœcilia Anno fere milleſimo, quadringenteſimo vigeſimo primo ad nonas Aprites.

De Johanne Herulorum ac Vandalorum Domino CAP: XI. CAP: XI.

JOHANNES: VII.

Joannes Laurentij filius, Baldaſaris Germanus, Vir multa virtute melijtus, Catharinam duxit, Ducis Brunopolitani ac Lunaburgiani filiam, ſine liberis elatus, apud Majores conditus Anno milleſimo quadringenteſimo decimo quarto ad Calendas Septembris.

De Bernardo Herulorum ac Vandalorum Domino CAP: XII. CAP: XII.

BERNHARDUS.

Bernardus Nicoloti Germanus et ipſe Conjugem duxit Ducis Cherſoneſi filiam, ſororem Conjugis fraternæ, è qua prognati Joannes, Mizislava, Matildis, quæ nupſit Henrico Duci Megapolæo. Altera vero filia Veſta ſeſe dicavit in æde Ultana, qua morte præmatura elata. At Mizislaus et ipſe in ætate tenera obijt.

Johannis III. filius ſecundo genitus et Nicoloti III ſ. Balbi germanus frater.

De Joanne Herulorum ac Vandalorum Domino CAP: XIII. CAP: XIII.

JOHANNES VI.

Joannes Bernardi filius Herulorum ac Vandalorum Dominus, ſororem duxit Gnei Janicij Uxorem, finitimis omnibus charus ac perjucundus. Plerag, qua

à Genitore ære alieno impignorata, relúit ac libera-
vit, veneno extinctús, súperstitibús Nicoloto, Christopho-
ro, Viviano ſ. qui in pueritiæ annis vita excesſit: Gvi-
lielmo ac Miſislava, quæ in Quadonopoli Cheruſcorum
Mater magna flaminica facta, Agnete, quæ in Malacha
Herúlorum Veſtæ ſacra dicavit.

CAP. XIV. De Nicoloto Herúlorum ac Vandalorum
NICOLOTÚS V. Domino CAP. XIV.

Nicolotús Joannis filiús natú maximús, Heru-
lorum Vandalorumq; Dominús, adúleſcens pientiſsimús
súprag; ætatem prúdens, dúm Parſimonia ſtudet, rem
familiarem fœneratoribús magna ex parte lúxú Ma-
jorúm, qui abrones, abrodieti et polýtela obæratam li-
beram brevi præſtitit. Uxorem dúxit Sophiam, Dúcis
Sidinorúm et Wolgaſtanorúm cognomento Júlia Augúſta,
filiam Erici ſ. Alberti Svevorúm Oceani Regis ejús-
demq; Dúcis Megapolæi filij: Conjúgem ſúperſtitem,
è quâ Juditham ſuſtúlit, quæ Henrico núpſit Dúci Mega-
polæo. Moritúr dein Conjúnx, poſtquam et ipſe diæ emor-
tuali elatús, Doberani, út tabúlis ipſe ſúpremis in
mortis collimitio jússit, túmulatús eſt anno milleſimo
quadringenteſimo ſexto, ad XII. Calendas Septembres.

CAP. XV. De Christophoro Herúlorum ac Vandalorum
CHRISTOPHORUS. Domino CAP. XV.

Christophorús Joannis filiús, Nicoloti Germanús,
etſi matrimonio Conjúgem legitimo accepiſſet, ſine libe-
rístamen illo vita fúncta eſt. Cúm Marcomanno infeliciter
belligeravit, telo perfossús, Rebellione ſepúltús in æde divi
Dominici anno milleſimo quadringenteſimo quinto ſúpra vige-
ſimúm octavo Calendas Septembres.

De

## De Gvilielmo, Herulorum ac Vandalorum Domino Cap: XVI.



Gvilielmus Joannis filius, Nicoloti ac Christophori germanus, literis ab ætate meunte imbutus, in Canonicum templi diva Coeciliæ urbis Gustroinæ adscitus mox dignitate præpositus illis est, quibus magna cum laude aliquamdiu præfuit. Verum enim vero contribulibus gentis Herulæ jam universis elatis cum unus omnium extaret, ut repararet ipse familiam inclytam, à viris maximis vafus, ac, quamvis diu refragaretur, persvasus, Annam Alberti Ascaniorum Principis filiam Conjugem duxit, quâ sine liberis vitâ functa, Sophiam cepit, Uratislai Sidinorum, Rugiorum ac Bardorum Ducis natam, è quâ nullos quoq; stirpis virilis liberos excitavit, elatus brevi post, superstite Catharina filia venustissima. Sic Hæreditatem in Henricum et Johannem Seniorem Duces Sargatios, Henricum Seniorem, Joannem Juniorem Duces Megapolæos cum Jure universo ex æquo transmisit, anno millesimo quadringentesimo trigesimo ad Septimum Idus Septembres. At hæredes cum pondo argenti millibus viginti Catharinam ad Barnimum Sidinorum Ducem remiserunt, cujus erat ex Sophia Sorore neptis. Et talis erat familiæ Vandalorum illustrissimæ finis, ex nuperis illis, quum olim in ea Reges nobilissimi floruissent.

Etenim Scalcus tempestate Helgonis Regis Cimbrorum duodecimi claruit, Strimmicus sub Frotone Cimbrorum Rege, Theodoricus ac Dalus sub Haraldo Hyarroio Cimbrorum Rege; Coracus sub Mariomiro Salatiorum Rege teste Hunebaldo. Ambrus item et Asfus, quum è Scandinavia Lingobardi exirent authore P. Forovilienſe. Sed et Ethico Vandalorum Rex Trajani temporibus floruit. Post tempora vero illa ita diviſi Vandali, ut pars ad Tetiſclavum, pars ad Caſimirum Divinorum Principem, pars ad Nicolaum Pribislai filium, Herulorum Regem pervenerit, cujus Majores Viſimarius, qui sub Conſtantino Caſare floruit, Rhadagaſus, qui sub Honorico Caſare, quo in Montibus Veſulanis interemto à Stilicone patricio, percuſſor Vandalorum ſese Regem cum filio Euthario appellitavit, ante quem annos triginta Gundericus Vandalorum Rex Mogdigilli filius regraverat ex anno Gratiani Principis primo. At Stilico ab Honorico Caſare brevi ſuperatus, cujus filias Mariam et mox Ermantiam unam poſt alteram, Conjuges duxit, qua intacta vita functa anno fere à natali Chriſtiano Septimo ac quadringentesimo, poſt quem Vandalos jam coeteros perſequemur.

CAP. XVII. De Corſicone Vandalorum Rege

CAP. XVII.

Corſico, Rhadagaſi Regis filius, Stilicone perempto, qui Vandalorum primus Romanis ſucceſſit ferociſi

cissimus, qui accitis in societatem Hunnis, Gothis Gallias universas devicit. At dum a relatum obsi-
dione urgeret, à majore Præside captus ac per Urbes omnes, quas effectabat catenis veligatus, ignomini-
ose tractus, morte post cruciatus multos ac savissi-
mos multatus est.

## De Fredebaldo Vandalorum Rege CAP. XVIII.

## CAP. XVIII.

Fredebaldus illi successit, quem Constantius Patritius astu captum, catenis victum ad Honoricum Imperatorem misit, sub quo, donec vixit, exulavit.

## De Gunderico Vandalorum Rege CAP. XIX.

## CAP. XIX.

Electus mox Gundericus, sub quo pars Van-
dalorum ad tutandas Pyrenæi angustias contra Go-
thos irruentes præcæ studuerunt, et non ita multo post tempore in Hispanias sub Gunderico popula-
bundi promoverunt, Pars in Aurelianis manse-
tavit, qui Singitanum sibi Regem constituerunt, in Imperij tandem ditionem cedentes, quum Gun-
dericus Interim Hispaniarum Domitor, Deo et hominibus ob impietatem invisus, capta Hispali templum prophanare vellet, morte subita correptus interiret anno regni decimo quarto.

## De Genserico Vandalorum Rege CAP. XX. CAP. XX.

Gensericus illi successit, homo longe prudentissi-
mus, qui cum Vandalorum millibus octo Hispanias intravit, Carthaginem Urbem olim potentissimam ite-
rum cepit anno quingentesimo trigesimo quinto, po-

steaquam ceperat esse Romanis subjecta, ibiq annos triginta septem regnavit. Erat tunc in Hispanijs Vallias Rex, Vandalorum hostis acerrimus, Regnum et ipse affectans, qui Bonifacij Comitis interventu missi, sic pacati, ut ordine, coeterum re inturbata regnarent Imperio ad Genserícum primò relato. Ægyptum ergo ille et Æthyopiam sibi subjugavit, Siciliam Classe ingressus vastavit, à quâ in Aphricam rursus transfretavit. Depravatus inter hæc impietate Ariana fidem omnino Christianam molitus est subvertere, à quo cum Hippona Urbs obsidione sævissima cingeretur, divus Aurelius Augustinus in fata concessit. Mox subactâ Aphricâ universâ, Siculos et Apulos adijt, flamma ac ferro viam sibi aperuit, quem Eudoxa Theodosij Junioris filia, Valentiniani Cæsaris defuncti Conjunx in Italiam adversus Maximi tyrannidem, accersijt. Urbem vacuam ingressus, quamvis natura sangvinarius à Cæde temperavit, sacris pepercit, igne abstinuit, Leonis Pontificis tum Summi monitis placatus, tredecim tantum diebus prædandam concedens, Maximo sub saxis interemto abducta in Aphricam Eudoxa, quam Conjugem accepit, abductis et filiabus binis, Eudocia ac Placidia, è quibus illam Honorifico filio collocavit, Hanc Olibrio Imperatori Romano post facto. In Aphrica dein obijt, quum regnasset annos octo et quadraginta, de

quo

quo Sidonius Apollinaris:

Hinc Vandalcis hostis
Urget et in nostrum numerosa classe quotannis
Militat exitium.

De Honorifico Vandalorum Rege CAP. XXI.

CAP. XXI.

Honorificus, quem appellat Jornandes Huneri, cum, illi succesfit, Genitore nihilo melior phtyriasi consumptus anno regni octavo.

De Guntamundo Vandalorum Rege CAP. XXII

CAP. XXII.

Guntamundus Genserici ex Gunthone filius, succesfit, qui et ipse regnavit annos sex et viginti Zenonis Principis tempestate. Arriana impietate depravatus, antistites trecentos cepit, clausisq templis in Sardinia exulare coëgit, multis occisis, inter quos divus Cyprianus ac Foelix, qui mortuus anno regni septimo mense quinto Hilderico filio superstite, qui et Hilyris et Honorifico. Guntamundum nonnulli Genseri ci ex fratre nepotem asserunt, sed qui fidei Candidatulus exules revocavit, anno regni duodecimo elatus.

De Honorifico Vandalorum Rege CAP. XXIII.

CAP. XXIII.

Honorificus, Guntamundi filius, succesfit, quem haeredem Guntamundus designans jure jurando adegit, academiae Christianae orthodoxae ne summitteret, Catholicos in regno suo ne vel consuleret vel habitare fineret, quo contempto Honorificus Catholicos

omnes ab exilio revocavit, et post habitis majorum Cæremonijs mori Christianus maluit, anno regni duodecimo.

## CAP. XXIV. De Trasimundo Vandalorum Rege

### CAP. XXIV.

Trasimundus successit, qui Childericum Guntamundi filium regni hæredem legitimum exclusit, et clausis templis antistites triginta in Sardinia am exules cöegit.

## CAP. XXV. De Childerico Vandalorum Rege

### CAP. XXV.

Childericus, qui et Illyris Guntamundi filius successit illi est, vir Clementia singulari et pietate eximia, qui ante Episcopos omnes, qui à Majoribus in exilium damnati, revocavit, quam Diadema Capiti regium imponeret. Dioeceses mox redidit, templa pro Majestate in melius reformavit.

## CAP. XXVI. De Gvilimere Vandalorum Rege

### CAP. XXVI. et Ultimum.

Gvilimer, qui et Gadimer, tyranno quam Regi propior. Childerico adolescentulo optimo regnum eripuit, et extra etiam provinciam expulit, ne parentibus quidem parcens. Ad. Justinianus anno regni quinto Bellisarium patritium misit, ut tyrannidem ejus compesceret, qui cum Antonina Conjuge Christianissima hostem in Africa terra mariq; copijs lectissimis prosequutus est. Antonina primo quoq; tempore mulieres Vandalas cum parvulis adorta peremit. Gvilimerem Bellisarius ex ercitu maximo occurrentem in Castra primum compulit, mox vallo hostiliter disjectum ad internecionem exer-

ci-

citum cecidit, Tyrannum captum et catena argentea vinctum Justiniano Byzantium misit anno quarto ac septuagesimo ex quo in Aphricam Genfericus mtravit, authore Procopio, liberata sic à Vandalis Aphrica, anno fere centesimo, quem testibus exsectis Cæsar adversus Persas exfinitimis latrocinantes patritium ante factum præposuit. Tanta vero fuit Vandalici olim Nominis fama, ut et Romani Cæsares proma‖gno haberent negotio, junctas sibi matrimonio è fa‖milia illa Illustrissima Conjuges. Sic Placidiam Constantinus mortuo Ataulpho Rege uxorem acce‖pit, è quâ Valentinianum Cæsarem excepit, qui cum Eudoxa Theodosij Junioris filiam Eudoxam procreavit, Trasimundi Vandalorum Regis Conju‖gem, quæ Childericum edidit Vandalorum etiam Regem. Sed et Theodosij Junioris filius Genserici, Regis Vandalorum fratris filiam Conjugem duxit. Amasse et Theodosium Cæsarem Vandalorum fa‖miliam inclytam in literas relatum est. Cunra‖dus insuper Dux Svevorum, Cæsar Romanus, Gi‖selam ex Herulis prognatam, Vandalam, Conju‖gem duxit, è quâ Henricus Cæsar progenitus.

# LIBER QUARTUS.

## DE DITIONE CISSINORUM sive ROSTOCHI ORUM OBITER, DE AMAZONIBUS.

CAP: I. ### De Burvino Rostochiorum Domino Primo Cap: I.

Burvinus, Henrici Herulorum ac Vandalorum Domini, filius, Cisfinos sive Rostochios forte natus est. Rem divinam is in tenera adhuc aetate augere concupiens arcem, quae Cimbrica, Rostochio finitimam, nunc vastatam, Doberanae Coenobio dono dedit, coeterosq; sacri ordinis Viros munificentia sua usq; liberaliter benigneq; fovit. Uxorem duxit Margaretham Cimbrorum Regis filiam, è quâ sustulit Baldomarum, Henricum et Ericum, qui postremi Patrem nobili impietate persequentes luminibus eum privarunt, ob id non ita multo post tempore morte praematura elati, juxta Patrem, qui obijt anno à natali Christiano millesimo ducentesimo sexagesimo in Conditorio Doberanae tumulati.

CAP: II. ### De Baldomaro Rostochiorum Domino CAP: II.

Defuncto Patre ac germanis, Baldomarus superstes successit, qui uxorem duxit Cherfonesi Duc

cis

cis filiam, è qua sustulit Nicolotum cognomento pu-
erum. Ipse re nulla memorabili gesta inter suorum
praelia intestina, multa strage sanguinaria, quibus
cum posset, nihil repugnavit, immodica in purpura-
tos suos indulgentia effoeminatus, mortem ubi obi-
it, apud Majores est conditus anno millesimo du-
centesimo octogesimo secundo ad Idus Novembres.

## De Nicoloto Rostochiorum Domino CAP: III.

### CAP: III.

Nicolotus Baldomari filius cognomento puer
purpuratis quoq; suis nimium indulgens, rem à Ma-
joribus ampliter acceptam, dispendio brevi ami-
sit. Sponsalia inter ipsum ac filiam Comitis Rupino-
rum ac Linogum virginem speciosissimam celebrata,
temeritate potius quam Consilio rescidit. Nec inclyta
ob id virgo connubio caruit, Noricorum Regi non mul-
to post conjunx facta, Missis post ad Albertum Marco-
mannum purpuratis filiam Beatricem indolis incly-
tae virginem haud gravate impetravit, sed quam pa-
ri temeritate puer egregius repudiavit, quanquam
id non sine modica rei suae jactura supermducta uxo-
re Principis Rugiorum filia. Permoti rei indigni-
tate Marcomanni, Otto et Hermannus, germani in so-
lum Rostochium igni ferroq; passim populabundi
antisper debachati, quoad Urbes viri primores, a-
re injuriam redimere sunt coacti, agris singulis
soli totius Lacebirgiani argenti pondo singulis mul-
ctatis. Nec Rugiorum Princeps impune illatam inju-
riam evasit, nam commisso praelio gravi vulnere in cal-
va accepto, in medio ipso praelio captus, non est ante di-

missus, quam pari agrorum multa iras Marcomannorum justas expiaret. Et jam Rostochiana Respublica duorum Consulum tumultuaria animadversione, ut semel est turbata, effreni multitudini occasionem perimportune tribuit, omnia per summam licentiam audendi. Ipsos enim Consules in custodiam publicam initio conjecere, quos male accepere Cives et equites insuper duos auratos. Foedericum ac Johannem cognomento de Multis [: Moltzern :] reguli sui purpuratos Leonis Principis Megapolæi hostes infestissimos, Consulum nuper suasu expulsos intra ipsam Urbem reducere, Consiliorumq; suorum omnium participes facere in suam totiusq; Reipublicæ perniciem. Illorum namq; persuasu Cives Urbem ipsam, Nicoloto puero exclusso, qui liberis caruit, ne ad Leonem, eo vita functo, pervenirent, Erico Cimbrorum Regi per summam invidiam, ne dicam stultitiamq; dedidere, fore arbitrati, ut libertatem ita suam sub Hero potentiore eodemq; Rege melius tuta, ventur, qua tamdiu Rex potitus est, donec Leo Megapolæus Princeps opera eam sua et meritis vix amplissimis, receperit. At nunc Amazones, ne quid praetermittatur, referemus, Nam ex eis est Anthyri magni, Herculi, origo materna.

CAP. IV. De Origine Amazonum Cap: IV.

Amazonum origo ab adulescentulis duobus Regijs, ex oris intimis Scythiæ, qui Plinos ac Scholopytos, quo tempore Vesores Egypti Rex, Anno ante urbem conditam CCCCLXXX. meridiem non tantum coelo, sed pelago toto, vastisq montibus ab aquilone divisam aut miscere bello aut regno conjungere volens bellum Scythiæ primus intulit. Qui audaces bello, praedæ avidi per factionem optimatum, domo pulsi, delectam ju-

Juvenum manum abducentes, in Cappadociæ Ponticæ ora juxta amnem Thermodoontem consedere, subjectis sibi Campis Themiscyrijs, diuq proxima quæq populati finitimorum conspiratione cum suis trucidati sunt per insidias, quorum Uxores exilio ac Viduitate permotæ, ut omnium par ex simili ~~conspiratione~~ ani-mus esset, armis correptis viros superstites omnes interemerunt, hostes dein primo impetu finibus suis propellunt. Converso mox furore in finitimos quasi ultura maritos brevi compulere, ut pacem peterent. Ad Successionem Sobolis finitimos servabant, quos cum adijssent, et uterum ab eis complessent facto conceptu in Sedes ilico revertebantur, maribusq natis crura et brachia debilitabant, ut essent bello inutiles, foeminas diligentia summa ad militiam ~~ser~~-servabant, tenellisq mammam inurebant dexteram, ne pugnæ impedimento esset, sinistra tantum nutrimentum præbente natabus, inde dictæ Amazones, quasi ἄνευ μάζων, vel quia vivebant sine viris, quasi ἀμαζόειν, à Scythis Orpatianæ, teste Herodoto, quasi Viricidæ. Nonnulli Amazones quasi μάζαν, mazamnon habeant, quod et Eustathius, Homeri interpres, annotavit, quoniam lacertis ac testudinibus olim alerentur, à qua re σαυρομαζίδες, sauromatides dictæ, à quibusdam σαυροπαζίδες, sauropatides, quoniam τὰς σαυρὰς sauras hoc est, lacertas conculcarent ijsq vescerentur. Alij nomine eo iccirco dictas, quod in Scytia Sauromatica habitent, id quod Stephanus Byzantius meminit,

94. à quibus Cantilena Amazonum hoc est pauperum.
Natas ergo Venationes ferarum, equorum usum, arma,
ac Ægyptas docuere, quibus artibus imperium latis-
sime promovebant, Asiæ enim Europæq; partem maxi-
mam sibi subjecerunt, post eosdem viros, primis Marpe-
sia et Lampedone Regibus, quod et Trogus Pompejus
libro secundo scribit. Idem duos testatur fratres ad
Rha flavium constitisse, post annos aliquot multos
vicinorum conspiratione, quos infestare solebant, tru-
cidatos esse. Uxores eorum in terra advena mu-
lierum evocata manu adversus sese viros tutatas.
Concubitus tantum gratia viros admissos, mares
prognatos interemisse, foeminis mamillam dex-
teram ademisse, inde nominis etymon fortitas.
Sed enim Herodotus Themodoonta Paphlagonum
incoluisse, scribit, à Græcis in sedibus suis debella-
tas uno impetu Cimmerium contra eos trajecisse
ac vento rejectas descendisse in Mæotida, regio-
nem eam universam fuisse populatas. Pacem de-
in facile à juventute ob formæ venustatem natas
quibuscum Tanaim transjisse, itinere dierum tri-
um et ibi versus orientem consedisse ubi etiamnum
incolunt apud Sauromatas ad flavium, qui ex
Rha, ut scribit libro secundo Trogus Pompejus, quem
Edil appellitant indigenæ.

## CAP: V. Ubi primum habitaverunt Amazones

CAP: V

Prima eorum habitatio apud Tanaim flavium.
post abiere ad Thermodoontem amnem, moribus

Viris

Viris similes Viribus præstantes. Regina earum
cœcto exercitu virgines suas disciplina militari
exercuit, vicinasq mox gentes expugnavit. Ipsa er-
go Regina et prudentia et rei militaris opinione
præstans, urbem præclaram in Ostijs Thermodoontis
condidit, quam Themij Scyram nuncupavit, in qua Re-
giam statuit. Et disciplinam militarem summo ordi-
ne observans propinquas omnes Gentes ad Tanaim
usq imperio suo addidit, quas cecinit Vergilius:

Quales Threicia, cum flumina Thermodoontis
pulsant, et pictis bellantur Amazones armis.

## Quomodo abiere à Thermodoonte in Scythiam CAP: VI. CAP. VI.

Postea quam Viros interemerunt, navibus à Ther-
modoonte vecta tribus et remigrare nescientes,
ferebantur ut ferebat ventus, perlataq sunt ad
Mœotidis paludis prærupta ibiq primum exiere.
Scytha neq habitu neq sermone eas agnoscentes, ho-
stes rati, primo adventu pugnant cum eis, tandemq
fœminas cognoscunt. Inito ergo Consilio pugnâ in-
terim abstinent, castra proxima ponunt, prolem ex
eis suscipere cupientes. Meridie ergo bina semper ac
bina exeuntes ad Ventrem levandum, Scytharum a-
dulescentulis similiaq facitantibus, amore capiuntur
quarum invicem Scytha amicitiam nactæ singulas
singuli legere, et lingvam earum perdiscunt, castra
conjungentes. Verum Scytha agere in Campo vitam
diutius non ferentes, quum illæ dicerent se cum Uxo-
ribus eorum vivere non posse, Scythæ, acceptis facul-

tatibus à Parentibus, convenere cum ijs et simul abiere. Primo ergo Tanaim transmisere, pervenerunt à Tanai navigatione dierum trium versus orientem, totidemq à Maeotide Palude ad Aquilonem, ibi agros occupantes, qua in regione foeminae, adhuc Sauromatarum more utuntur, venatum eunt cum Viris, ac fine eis, equis omnes insidentes, quorum Dionysius in Periegesi meminit

Maeota primi tangunt Maotidis undas
Sauromatae truces, gens aspera Martis in armis
Sanguis Amazonidum fortis, quas protulit olim
Sauromatis mixta

## CAP. VII De Regnis Amazonum CAP. VII.

Prima earum Regina victoria militari felix viribusq auctis praestans, filiam genuit, quam dixit natam Martis. Leges mox suis condidit, viris interdixit armis, officia tantum servilia permisit, texturam ac reliqua muliebria. Post conditam Themiscyram, bellaq, qua gessit maxima in quadam pugna strenue dimicans, infelix interijt, cui successit filia, matrem per omnia imitata, qua facta ejus etiam superavit. Virgines à primis annis venatu cotidie exercitabat, et ad belli munia instruxit, Marti ac Dianae Sacra prima instituit, quae appellavit Tauriboliium. Sacra facere prima docuit. Traducto dein exercitu ultra Tanaim omnes ejus orae gentes ad Traciam usq devicit. Reversa in regnum cum multis spolijs templa de eis magnifica extruxit omnium subditorum benevolentiam

lentiam justo aequo imperio adepta. Conversis ar-
mis ad alteram fluminis ripam Asiæ partem ad Scy-
thiam bello subegit, cui fato post functa successit pro-
pinquior genere. Sic Imperio maximo Amazones
et gloria potita, Marpesia et Lampedo agmine in
duas partes diviso, curam belli vicissim et domus
sortitæ sunt. Domita Europæ parte maxima, per
Thraces, Sarmatas, Germanos, Vindelicos in his
ad Alpes usq grassatæ sunt, à quibus populis feneris-
simis /: al: fenisfimis :/ Liburnis, qui sunt Rheti ac
Vindelici, origo, teste T. C: Horatio, quos Drusus su-
peravit. Strabo quoq libro Geographiæ unde-
cimo, late quondam dominatas: Civitates ea-
rum à Reginis fuisse ~~nominatas~~ in Asia cogno-
minatas, Ephesum, Smyrnam, Myrinam,
Paphem. Herodotus et ad Ariophagum venisse
scribit, locumq eum ab illis, tanquam à Marte
rejectis, nomen accepisse. Partem dein Exera-
tus præcipuam præda opulentissima onustam
revocant domum. Quæ relictæ ad tuendum Asiæ
Imperium simul cum Marpesia Regina trucidan-
tur, cujus capessit locum Orethyia filia, quæ singu-
larem virtutibus gloriam perpetua Virginitate cu-
mulavit, cui successit Penthasilea, bello Trojano
clarissima.

## Quomodo interiit Regnum Amazonum CAP: VIII.

## CAP. VIII.

Postea quam multis seculis vulgata per orbem
universum Virtus earum ac Gloria, Hercules, Se-

98. meles ac Jovis filius, jussu Euristæi arma Reginæ exhibere, cingulum referre Hippolitæ destinatus ad periculum quasi inevitabile. Græciæ juventutem universam lectam ac nobilem contraxit, navibusq; longis novem abijt. Non satis vero examini fi- dens, eas ex improviso aggredi ratus est, et cir- cumvenire insperatas. Navigans ergo ad pontum Euxinum per ostia Thermodoontis ingressus, castra posuit prope Themiscyram Regiam Amazonum, quo tempore Reginæ earum sorores duæ, Anthiope et Orethyja s. Menalippe. Primo ergo mis- sis legatis cingulum Hippolitæ postulat, quo nega- to armis non tam aggreditur, quam illæ congre- diuntur, certamine omnes acerrimo cum appe- tentes. Prima tunc earum Aella in bello occubu- it, quæ ex velocitate nomen sortita. Cecidit mox uno vulnere saucia, in congressu primo Philip- pis, postquam Prothoe septies ex provocatione superasse ante hostem gloriata. Dein Euribia re- bus bellicis expertissima, nimis fisa viribus, auxi- lium aliarum respuens, ac mox Coeleno, Phoebe, Ar- temis, Deidamia, Asteria, Marpessa, Thermessa, A- chlippe, quæ Cingulum Hippolitæ servabat. Quæ cum Virginitatem servare jurasset, jusjurandum servavit, vitam salvare non potuit. Menalippe, quæ summam tunc imperij tenebat, præcipua forti- tudine præstans, periculum præsens spectans, abjecit Imperium. Sic Hercules clarioribus sublatis vertit, cæteram multitudinem in fugam, nunquam alioqui

facti-

factûrus, nisi incautas inermesq; pacis incûria desides fuisset aggressus. Duæ inter cæsas captivasq; Sorores Antiope et Menalippe ab Hercule servatæ sunt, Hippoli-
tæ Theseo capta, cum baltheo ab Hercule largita, quam matrimonio adscivit, Hercules Menalippen sorori reddidit arma et balteum precium redemtionis accepit, quo bello regnum deletum. Barbaræ post nationes contempto Amazonûm nomine injuriarum præteritarumme-
mores bello continuo eas attrivere, ita tandem extinctum et nomen et genus Amazonûm. Post Orethyiam ergo regno potita Penthasilea Martis filia, quæ paulo post expeditionem Herculis ad Trojam, cum reliquis Amazonûm venit, cædes suarûm jam præterita, Trojanis auxilium ferens ab Achille interfecta, post Hectoris obitum, gestis ante multis bello eo claris facinoribus, quæ ex clarissimis postre-
ma fuit, cujus meminit Virgilius:

Ducit Amazonidûm lunatis agmina peltis
Penthasilea furens, mediis in millibus ardens
Aurea subnectens exserta cingula Mamma
Bellatrix, audetq; Viris concurrere Virgo.

Quæ superfuere, paulatim periere partim sub Bellerophonte, Glauci filio, Corinthi Rege, par-
tim sub Alexandro, ut diximus, Macedone, ami-
citia earûm magis, quam armis freto, Regina tunc earûm Thalestri, quæ et Minothea.

# LIBER QUINTUS.

# DE DOMINIO MEGAPOLÆO

CAP. I. De Johanne Domino Megapolæo Primo

CAP: I.

Johannes cognomento Senior, Henrici Burwini Junioris illius filius, Nicolotti ac Burwini germanus, ditionem Megapolensem forte nactus est. Qui puer adhuc ab avo Burwino Majore in Lutetiam Parisiorum missus, prima ibi litterarum rudimenta accepit, tantum profecit, ut trabea sit dignatus, Interpres litterarum divinarum publicitus de more nuncupatus, annos ibi viginti sub Praceptoribus optimis militans. Et tempestate ea forte Massilia Regis filius unaq Regis Cypri in Academia eadem Sym matheta fuere, quibuscum adeo vixit familiariter, ut utriq è Sororibus unam Conjugem dederit. Ipse Sororem condiscipuli Hermanni Principis Hennobergij filiam, Lutgardin accepit in Uxorem anno fere a natali Christiano millesimo ducentesimo tri gesimo primo, è qua Henricum fustulit, qui Princeps dein Megapolæus factus est. Nicolotum, qui dignitate sacerdos templorum multorum Canonicus evasit; Loponem, qui in Ordinem Teutonicorum inter Bruteros adscitus; ac Albertum, qui filiam duxit Nicoloti Herulorum ac Vandalorum Domini, qui fine libe-

vis

ris vita excessit anno fere millesimo ducentesimo sexagesimo quinto ad Calendas Majas ac postremo Joannem. Adversus infideles cum Henrico filio natu maximo in Lemovios usq profectus, sub Academiam primus Christianam gentem eam armis compulit. Renis primus Ædem Vestalem instituit, in Gadebuso sepultus, appellatus dum viveret, Gneus Janicus.

## De Johanne Megapolensi Domino CAP: II.

CAP: II.

Joannes Joannis filius, sacris initio mancipatus, in Urbe Hildesheimia, quæ ἀσκαλίψιον Ascælingium Cl: Ptolomæo, templisq nonnullis alijs Canonicus. Facti poenitens Conjugem duxit, Comitis Ravenbergij filiam, è qua sustulit Joannem, qui Uxorem duxit Helenen Visilai Ducis Sidinorum ac Rugiorum filiam, qui brevi post Venationi indulgens in Isthmo Paludis Insulæ, è regione Urbis Visimariæ, suborto turbine, summersus est, anno millesimo ducentesimo undecentesimo, pridie Idus Octobres. At Johannes genitor sine hærede tum excedens, hæreditatem in Germanos universam transmisit, Cujus Conjunx Lutgardis per tempora diversa tribus nupsit, è quibus primus Gerardus Comes de Hoja, alter Adoulphus Dux Chersonesi, postremus Güntherus Rupinorum et Linogum Comes.

Pöele
Es sind alle welche im Bothe gewesen ertrunken, aus genommen ein Jäger Knecht, Hanß Bäte genandt, welcher 2. Englische hunde am arm gehabt, wird von den Englischen hunden aus land gezogen M.SC.

## De Henrico Megapolensi Domino CAP: III.

CAP: III.

Henricus successit, Joannis Gnei Janici, Principis Megapolensis filius, qui Anastasiam duxit Conjugem, Bar-

nÿmi Ducis Sidinorum filiam, Virginem venustissi-
mam, virtutibus summis præditam, anno fere millesi-
mo ducentesimo sexagesimo è qua suscepit Joannem
et Henricum, filiamq Lutgardin, quæ Pribislao nupsit
Ligiorum Principi ob sterilitatem persoasione socrus
in coetum Virginum Vestalium ire jussa, quæ dum non
mox obsequitur, à Marito ense confossa interÿt, à fa-
mulitio complice conscioq facinoris strangulata, cujus
fatum insontissimum miracula, quibus deinceps
claruit, facile declarant. At Genitor Ludovicum
IX. Gallorum Regem, qui adversus Ægÿpti Sul-
tanum in Christianos passim debacchantem expe-
ditionem navarat, prosequutus in Asiam, quum sub-
orta peste mors sæva in milites ingrueret, ac Rex
filio etiam amisso retrocederet, ipse Solÿmas ire
constituit, ad Mausolæum ibi sacrosanctum adorandum,
itinere in ipso à Cilicibus, violatis duplomatis, ira-
rum adhuc ob recentem Gallorum irruptionem ple-
nis, captus, Hierosolÿmo, nautis coeteris tutò dimissis,
uno tantum Comite Martino cognomento Bleÿerio à
Solÿmis Damascum, mox Memphim, quæ vulgo nunc
Alcaÿrum, perductus est, in Tullianumq conjectus an-
nos mihi quinq supra viginti exulavit, cujus inopiæ
plurimum suppetiarum Comes tulit textrinam atta-
lanicorum patagiatorum ac holosericorum eruditus.
Obstitit vero illi maxime nomen Avorum Regium simul
et formæ dignitas, quâ ditior existimatus quam erat,
liberare sese nisi auri vi maxima minime poterat.
Et jam tertius postliminÿ tempore Sultanus lectus, qui sub
ipso ac genitore olim optimo in obsidione Lemoviorum
Rigia

Wie Er zu Vor Diederich Von Oertzen und Hein Strahlendorffen zu Stadthaltern Verordnet.

Rigia, una commilito, boardarum Magister, militarat, qui Anastasiæ inclytæ Conjugis reguli nuntio infelici moestissima literis, Regis Gallorum Principumq; fere Germaniarum commendatitijs visis, familiam facile illustrissimam et familiarium, quod olim subillo obijt, agnovit. Nihil itaq; antiquius habuit, quam mox compellare exulem, scisitari de Genitore, miserari interhac exilium tam longum, quo Carceris situ torpesceret, liberatum illum omni auvariorum Consensu de Satraparum regni volvit, qui quamvis ac acerrime detrectarent lucrum se maximum ac tricinum, sic non abjecturos dicerent, captivos potius omnes dimissuros, tamen ille in Sententia perstitit, jus esse antiquum Sultanorum ut nulla vel dignitatis vel Divitiarum habita ratione mancipati jussu mox, ut essent Imperatores designati, emanciparentur, sic eum libera vit, quamvis invitum, utpote causantem Conjugem ac liberos vitâ forte functos, gentem nunc suam in aliorum esse manu, futurum omnino, aut ut non crederent venienti aut despicabilem haberent, malle vita reliquum in fortuna eâ apud exteros degere. At postea quam de literis Conjugis certior factus, degliberorum incolumitate gratias Sultano amplissimas egit, à quo non modo nullo recepto pretio dimissus sed muneribus etiam maximis donatus abiret avibus bonis tuto permissus, animo bono æquabilig esse jussus, humanitatis memor modo esset et commilitij antiqui, comprovincialibus referret, ut in dignitatem eam ipse periculis summis Asiæ sollicitatus divitis, relictis Orthodoxotatis, evasisset, quo dicto, salutato per humaniter libertatis Patrono ac Autore non sine lachrij

104.

mis præ gaudio largiter manantibus, abeundi veni-
am accepit, et mox Accarum solvit, apud collibistam
numos olim aliquot aureos depositos reposcens, quos
numularius in rem suam versos creditos negavit. In
medio dein ad Venetos itinere in Hardriatico mari
à pyratis iterum captus rebusq omnibus exspolia-
tis ad Sultanum rursus perductus est. Admiratus
fortunæ ludibrium ille amplioribus donavit mu-
neribus et Parte Crucis Dominicæ veneranda sicq
in Cyprum flatu secundo pervenit, à Regina ibi
honorificentissime exceptus, quæ erat ex germa-
na genitoris sibi neptis, à quâ in Massyliam ad
Reginam eandemq neptem, inde ad Germaniam
penetravit, mox transmisso Albi flumine, quum
in solum pervenisset suum, filium Henricum audi-
it arci Gelasinæ /: Glasin :/ in collimitio Claustri,
ut appellant, novi, quam ob latrunculos quosdam
obsidione vallarat, demoliendæ intentum, quos et
captos cruci adfixit, arcem solo æquavit. Percul-
sa nuncio subito Anastasia, quæ â duobus interim
elusa, qui in maritos se simularant, quorum alter
adpenso ad collum hyperbolo demersus /: in der Ste-
reniße :/ mendacij poenas dedit; alter in favillam
vulcano absumptus /: fürm Sternberge :/ quum
ex equitibus auratis suis præmissis, qui parvulis
abitante olim tutores dati, vera agnovisset, obviam
gratulabunda profecta, vultum virumq agnovit, quem
de pilento exiliens lachrymis obiter obortis
complectitur, præ gaudio universis, qui in Corona adsti-
te-

terant, collachrijmantibus, filio præcipuè, anno fere à natali Christiano millesimo ducentesimo nonagesimo octavo. Exceptus plausibiliter Visimariam perductus est à Senatu et Proceribus choroq cleri reverendo hijmnis inter tecta frondea ac peripetasmatis amicta salutatus, aræ ibi summæ cernuus crucis sanctæ partem, partem Doberanæo Coenobio dedicavit, ubi posteaquam lætus aliquandiu adhuc supervixisset, conditus est.

Wismariæ mortuus A. 1302. sepultus Doberani. Virginem etiam unam, quam ex Asia secum adduxerat, Vestalem fecit in Renis, Parperdicca pro ea data. Parperdicca ist ein Hoff genandt Parard bey Rhene.

## De Henrico filio Henrici Megapolæo Domino CAP: IV. et ultimum.

CAP: IV.

Henricus Henrici illius Hierosolijmitani filius defuncto genitore successit, qui et postliminij paterni tempore anno fere millesimo ducentesimo octogesimo Remp: nactus strenue feliciterq eam administravit etsi periculi non minimum interea cum genetrice suavissima à finitimis perpessus. Uxorem duxit initio Beatricem Alberti Marcomanni filiam, qua cum Sargatiorum gentem accepit dotem, quæ Visimariæ in æde divi Francisci cum liberis aliquot tumulata anno millesimo ducentesimo decimo quarto. At Matildis filia superstes, Ottoni nupsit Duci Luneburgiano multa Virtute insignis. Duxit dein Annam Ludoulphi /: Rodulphi: Ducis Saxonum ac Angrivariorum filiam /: non filiam sed germanam conf: Crantz: Vandal: Lib: VII. Cap: 50. et Autoris alte Reim = Chronic Lib: I. Cap: 50: / è quâ sustulit Henricum, qui infans ac, ut ita dicam, inter serperastra adhuc vitam cum morte commutavit.

206.

Præter hunc Albertum ac Johannem, Annam et Agnetam filias. Grandævus vero Agnetam duxit filiam Comitis Rupinorum ac Linogum. Sorabos, Thurios, Saxones, Digulones, ac cæteros hostilia exulante genitore meditantes feliciter repressit, ex hostibus præter opinionem omnium genetricis consilio præsentissimo usus, plurimos orco demisit, multos vinctos abduxit. Et quum de Imperio Romano Albertus Dux Pannoniæ superioris ac Adolphus Comes à Naxonibus dissentirent, à Marcomannis ipse excitus Albertum in Bojemos usq copijs prosequutus est, cataphractatis quadringentis, ubi quum in saltu Gabrita coeteri panicis exterriti fuga sibi consulerent, solus ipse ex Principibus hostes triduo expectans nimirum non decere terga dare nondum viso hoste, quum perstitisset, cæteri animi ejus excellentiam in cœlum laudibus affatim omnes extulere, et Leonem, quasi Herculem alterum appellitavere, à quâ magnanimitate Leo deinceps Megapolæus nominitatus est, gloria ingenti domum rediens. Et mox Ericus Cimbrorum Rex gloriosissimus Enophthalmissmum sive Spectaculum, Germania tota celeberrimum Rostochij in horto Rosarum anno à natali Christi ano millesimo trecentesimo duodecimo, paucis post majuma diebus cœterum intra cocitia, exhibuit, non tam ostentandæ pompæ ac divitiarum gratia, quam quod libertate, quâ nihil in rebus humanis præclarius, urbes maritimas exueret. Confluxere agminatim ad ludum eum Trojanum primæ Germa-

maniarum classis Principes et philotheori omnes. Censolu
do Xystico in meditullio athletarum paria sexcenta et quadra
ginta, epulo omnes gliscero et lautissimo mensem integrum
excepti donec Pandesia solverentur et acratopotia. Multi
bi Pentathli, quibus in quinquertio periculum. Thymelici,
tubicines, litui, tympanotriba, chorautes, Citharoedi, cala
stri, psaltria, schoenobatae, praestigatores, blenni, mori,
colaces, lamyri, pantomimi, gelatopai, parasitorum turba
parasitans innumera et arusatores plurimi. Et Regi huic
Leo Princeps deinceps adversus Svevos Oceani rebelles au
xilia tulit. Visimarianos à se deficientes armis et tormen
tis ad moenia usq admotis, pomerijs etiam dirutis compescu
it et in officio detinuit, diagrammate Imperato, quibus
fere temporibus Anastasia genetrix ejus obijt, anno mil
lesimo trecentesimo decimo quinto. Mox Rostochios labe
factantes sub Nicoloto Principe, cognomento puero, quum
Regi sese Cimbrorum dedissent, et Rex, ut in officio reti
neret, Varnamundam, portum Rostochiorum firmissimum,
Principibus paulo ante duobus ac viginti obsidione hostili
ter vallasset, à Rege ipse ob merita plurima mervit anno
millesimo trecentesimo decimo sexto. Urbe recepta defecti
osis ultionem sumpsit, insontes explosos revocavit. Verum
enim vero Rex successui tam felici invidens, jura foede
ris rumpit, bello tumultuario Leonem adoritur, sed quum
adversus hostes, Marcomannas, Rugios, Bardos auxilio
ejus magnopere egeret, foedera pristina vestauravit
anno millesimo trecentesimo vigesimo quinto. Sed et
Baldomarum Marcomannum Leo in Sargatiorum ru
ra irrumpentem repulit et dispalato exercitu Joannem He
rulorum ac Vandalorum Principem, hostibus foederatum cepit,

et pondo argenti millibus decem multavit. Nec multo in-
terjecto tempore Baldomarus instaurato bello copijs Prin-
cipum multorum lectissimis, inter quos Ericus Cimbrorum
Rex Leonem adgreditur, quod bellum sane inter Vandalica
formidabilissimum, quo conserta manu Leo quoq superi-
or evasit, captis ex agmine hostili Comitibus illustribus
novem. Pacatis dein rebus Regem Cimbrorum Eri-
cum pompa magnificentissima Rostochij excepit, cum Prin-
cipibus complurimis honore summo prosequutus. Cum Re-
ge insuper et adversus Thitumeros /: Ditmarsen :/ pro-
fectus, qui rebelles adiopes se etiamnum asserunt. Insu-
lam fossis munitissimam tentavit etsi infeliciter, nam
Sangvinarij illi, lacunis notis fidentiores exercitum
negligenter palantem et deflagrandis prædijs gliscen-
tem fudere et in fugam facile vertere, amissis præ-
lio eo proceribus multis ac Baronibus simul et Comi-
tibus illustribus tribus, inter quos Gerhardus et Joan-
nes Principes Chersonesi anno fere millesimo trecen-
tesimo vigesimo secundo. Ucteranos etiam Marcoman-
narum gentem devicit, quorum Urbes Templinum,
Basebalicum, Griphosylviam insuper, quæ Cl. Ptolomæ-
o ουρȣτίον Virutium domuit et arcem ibi primus ex-
citavit. Adversum Sidinorum Principes Archiepisco-
pum Parthenopolitanum, Brunopolitanum Ducem Otto-
nem ac Visilaum Rugiorum Principem feliciter belli-
geravit. Rugios victos tamdiu occupavit, donec à Ura-
tislao Sidinorum Principe æris vi maxima liberati
Christophoro Cimbrorum Regi, elato Erico, auxilia tulit,
et in Cæsareis Comitijs clarus evasit. Leonis sane nomen
merito

merito tulit, laude omni dignissimus, si non auravijs nimi-
um auscultans agrum Sverinum reliquosq ordinis Eccle-
astici Viros concussisset, Bucæum ac Gvarinum cum Vicis non
pauciorib⁹ quatuordecim igni deflagrasset. Sed malum
illud in vita tota unum compendio maximo restauravit.
Nam idem dive Clare Ribenitij primus opibus amplis-
simis excitavit anno millesimo trecentesimo undevige-
simo, Annam filiam vestalem ibi dedicans. Leam muro
cinxit et in Civitatula formam redigens à nomine suo
sic nuncupavit. Coenobio Doberanae cimbrium inter
theothyta coetera aureum donavit, quod scimpinum in-
ter Sacra nunc. Frumento Canico, è quo panis, qui missi-
le Græcis, coenobium liberavit, posteris, ne exigerent,
sub geenna interminatus. Cum Comite Sverinæo bel-
la plurima gessit, qui Comitatus ab Henrico, Saxonum
Duce cognomento Leone in Guncelinum Commilito-
rem jure belli Victore translatus erat. At post Gunceli-
num Henricus successit, qui à Solymis rediens, quum
adversus fidei hostes strenue ibi dimicasset, thrombo
sanguinis theantropi venerando à Palagio Albanense
Cardinale inter munera coetera donatus, eum Sveri-
ni in Jaspide inclusum obtulit anno fere à natali Chri-
stiano millesimo ducentesimo vigesimo secundo pridie
Calendas Aprilis, qui Sacrosanctissimus die Veneris
quoq horam circiter undecimam in tria sese dirimens,
aliquandiu sic consistens coit rursus, ut est à summis
sæpe Viris animadversum. At Henricus Comes, quum
Conjugem, quam fidei Baldomari, Cimbrorum Regis,
commendarat, constupratam, interim ab eo deprehendis-

set, adulterum cum filio cepit, nec dimisit donec argenti pondo millibus ac quadraginta culpam elueret, quem rursus dein adversum jus jurandum insultantem repressit. Conditus vero Doberani Leo est anno millesimo trecentesimo undetrigesimo ad undecimum Calendas februarias, superstitibus Alberto Duce Megapolæo primo, Joanne primo Sargatiorum Duce et Agnete, quæ nupsit Nicoloto, Herulorum ac Vandalorum Domino patruo, indulgentia Benedicti XIImi Pontificis Maximi.



# LIBER SEXTUS

## DE DUCATU SARGATIORUM

### De Joanne Duce Sargatiorum primo Cap: I.

CAP: I.

JOANNES Henrici illius Leonis filius, Sargatiorum, qui Lutetij annalibus Vandalicis Dux primus evasit. Nam quum Carolus IV. Bojemorum Rex Cæsar Romanus Comitia in Urbe Praga, quæ καθεργις Casurgis Cl: Ptolomæo celebraret anno millesimo trecentesimo undequinquagesimo, ipse unacum germano Alberto in Principem Imperij Romani adscitus in Album Cæsarum Romanorum adscriptus, Dux primus Sargatiorum creatus est in Corona Principum Germaniæ maximorum, modestia multa et mansvetudine clarus nec minus rei militaris peritia insignis. Etenim cum Eduardus Britannorum Rex Gallias Philippo ac Barlamo Rege populabundus irrumperet, et Galli Carolum Cæsarem in auxilium poscerent, ipse evocatus à Cæsare in commilitium profectus adeo inter coeteros præstitit, ut sit in equitem auratum à Cæsare declaratus. Duxit dein Sororem Adulphi Ducis Chersonesi filiam, è quâ suscepit Annam, quæ Uratislao nupsit, Sidinorum ac Bardorum Duci. Vita defuncta ea filiam Comitis Rupinorum ac Linogum, è quâ sustulit Johannem, Udalricum, Rudolphum ac Al-

bertum, è quibus Rudolphus in Antistitem Sverinæ-
um ac Scarensem lectus est. Obijt vero Johannes
Dux primus, anno fere millesimo trecentesimo su-
pra septuagesimum Strilitij tumulatus.

CAP: II. De Joanne Duce Sargati-
orum Cap: II.

JOANNES illius filius successit, genitorem non
modo stratagematis per omnia æquans sed prope-
modum etiam superans. Conjugem duxit Gvilhai-
dem Principis magni Styrgali, Massagetarum
ac Neurorum, Jaguliq Regis Sarmatarum soro-
rem, è quâ sustulit Joannem, Inneburgim, quæ
Mater magna flaminica Coenobij Ribbenicij de-
signata et alteram, quæ Ottoni Duci Sidinorum
nupsit. At Gvilhaida Joannes fidei adhuc Candida-
tulam moribus Christianis formavit, et pridie
quam nuptias celebraret, latice sacro unacum ger-
manis initiavit. Et tempestate ea Marcomanna-
rum Jura ad Judocum Hermundurorum Marchionem
pertinebant, quos fidei Joanni moderandos commen-
davit. Qui dum ex officio rem felicissime admini-
strat, à Comite Rupinorum ac Linogum capitur
ac nullo suo merito in vincula conjicitur, nec ita
multo interjecto tempore vitam cum morte commu-
tat anno fere millesimo quadringentesimo septimo su-
perstite Joanne filio

CAP: III. De Joanne Sargatiorum
Duce Cap: III.

JOANNES Johannis illius filius successit, ingenio
ad

ad obeunda cuncta vegeto, qui adulescens adhuc bel-
lo à Marcomannis tentatus, proelio infeliciter com-
misso, captus, in Tanagramunda lotomijs mancipa-
tus, trimestre supra annos novem a Marcoman-
no Johanne, Foederici filio auri vi maxima re-
demptus. Duxit dein postliminio reversus Lutru-
dem Alberti Principis Ascanicorum filiam. Cu-
rum dolore, quem è Vinulorum iniquitate conce-
perat, ab Desmophylace diriuscule habitus, Va-
letudinarius fere et tandem febri correptus inter-
ijt Anno fere millesimo quadringentesimo qua-
dragesimo, pridie Calendas Januarias, in monte
Stellarum conditus, nihil liberorum relinquens.

## De Udalrico Sargatiorum Duce Cap: IV. CAP: IV.

UDALRICUS Joannis Ducis secundi Sargati-
orum filius, adulescens benemerentissimus, pri-
ma militia rudimenta sub Sigismundo Pannonum
Rege deposuit, cingulo ab eo militari donatus. Con-
jugem duxit filiam Svantobori, Sidinorum Ducis fi-
liam, è qua Henricum sustulit et filias nonnullas.

## De Henrico Sargatiorum Duce Cap: V. CAP: V.

HENRICUS Udalrici filius successit, qui Ingebur-
gim duxit, Boosclavi Sidinorum Ducis filiam è qua ac-
cepit Udalricum.

## De Udalrico Sargatiorum Duce Ultimo CAP: VI. et ultimum. CAP: VI.

ULDARICUS, Henrici filius, successit, Princeps pientis-
simus, Catharinam duxit Gvilielmi Herulorum ac Vanda-

lorum Domini filiam, è qua Helizabetha Virginum Vestalium Renis præstes flaminica, Ingeburgis, quæ nupsit Ebervino Comiti Penthemio A. 1489. pleraq; feliciter gessit cum Foederico Marcomanno, Ottone Duce Luneburgiano, Barnijmo Sidinorum ac Bardorum Duce. Cum Magno tandem Duce Megapolæo gentili suo Mausolæum sacrosanctum in Solijmis aditans non satis habuit, munus illud præstitisse, nisi et in Sinæo monte hervum divæ Catharinæ venerabundus consalutaret. Quare relicto Magno, eo pervenit, feliciter voto soluto redijt. Et cum securus jam in Patria ageret, aulici unius incuria, qui ut solus Principis pientissimi favore frueretur, uno inter aurarios tantum obstante, insidias toxico struxit, quod cum optimus Princeps rerum ignarus avide absumeret, veneno eo lethaliter contabuit, non sine publico omnium moerore elatus anno fere millesimo, quadringentesimo septuagesimo primo./: liegt begraben zu Wantzke im Kloster, da noch heutiges tages sein Schwerd, Helm und Schild zum gedächtnis aufgehenget gesehen wird:/ Sic eo nullis liberis stirpis virilis superstitibus defuncto, jus universum in Ducatum Megapolæum repedavit, Henrico Principe excipiente genere proximo.

Is paulo ante obitum fertur sublatis in coelum ocu

SEXTUS.

oculis hæc verba ingemuisse:

O Gott wie hat man gekämpfft und gerant
Üm Vier bretter und ein Lein gewand

M. Bernhardus Hedericus in MSC.

Pugnatum heu quantum est concursum et fortiter armis
Quattuor obq asses, vileq CHRISTE toral



# LIBER SEPTIMUS et ULTIMUS DE DUCATU MEGAPOLÆO

CAP: I.

## De Alberto Duce Megapolæo Principe Vandalorum, Comite Sverinæo Rostochiorum ac Sargatiorum Domino. Cap: I.

ALBERTUS, genitore Leone defuncto, successit, Euphemiam, Regis Svevorum Oceani ac Noricorum filiam duxit in Conjugem, Rostochij nuptias celebrans. Princeps prudentia singulari præditus, genitore etiam callidior. Latrones fere et eorum receptatores igne ultore compescuit, laudem insignem ad posteros adeptus. Prædia à Majoribus inter hæc proceribus impignorata liberavit, finitimis omnibus charus ac perjocundus. At dum Legationem ad Cæsarem Romanum Ludovicum à Magno Svevorum et Noricorum Rege Conjugis germano, obit in Thuriorum regione Comite à Tyraspoli, à Nigroburgo, quum Erphordiam exiret, quæ βιλοῦρδιον Biturdium C. Ptolomæo, captus et supellectile universa exutus in arcem æditam, quæ Ranis /: zu Blankenburg in Thüringen :/ perductus, carcere retentus est, dimissis

sis aulicis coeteris. At Archigrammateus ejus Cæsa-
rem adiens et heri fortunam declarans, litteras haud
gravate impetravit, quibus est vinculis absolutus.
Sed nec inclytus Princeps à Legatione abstinuit, Cæ-
sarem in Carnis salutavit pompa Regia exceptus,
injurias inter mandata coetera dequestus, non mo-
do Responso grato dimissus est, sed id quoq consequu-
tus, ut Marcomannus Brÿzanus ex Cæsaris decre- A. 1341.
to retaliationem de Comite sumeret, id quod ruinæ
etiamnum vastæ declarant. Ad Socerum vero redi-
ens honorificentissime habitus, Eques ab eo au-
ratus in Urbe Scandinaviæ Principe factus, cum
forte fortasse Rex Diadema ibi Regium suscipe-
ret, anno fere millesimo trecentesimo quadra-
gesimo primo. Boosclavum et Uratislaum Sidino-
rum Duces Rugios jure belli repetentes disjecit, Ducem
unum Sidinorum, alium Juliæ Augustæ cum proceri-
bus multis, commilitonibus cepit, mancipavit et
abduxit, anno millesimo trecentesimo septuagesimo
primo. Procerum insuper nonnullorum perfidiam
in tuenda Arce Grÿmma infidorum strenue ultus.
Et tempore eodem Magnum Ducem Brunopolita-
num populabundum prælio fudit et dispalato Exer-
citu multos cecidit, multos captivos abduxit, inter
quos Comites duos à Difoldÿs, quos in universum
omnes auri vi maxima Dux redemit. Solum Saxo-

num ac Angrivariorum Ducis foederati hostium cir-
cum circa incendit à Luconijs prædam opimam ab-
duxit. Polabos longe lateq vastavit et si Dijs placet,
ne divinis quidem ædibus pepercit, quod facinus pa-
rochijs tamen Visimarianis expiavit, quas juri An-
tistitis Raceburgiani perpetuo summisit. Auxilia
et Cimbrorum Regi tulit. Albiburgium Gothorum
vi diripuit, manubias inde tulit. Marcomannum
armis insultantem domuit, proceres multos cepit,
quod bellum ita pacatum, ut Marcomannus filiam
ejus Conjugem acciperet. Sed et bellum cum Comi-
tibus Sverinæis gessit, Comitatum jure belli poe-
ne avulsit et quod reliquum ab Ottone Comite, è
familia Techeleburgia, qui sine liberis stirpis vi-
rilis extitit dato ære recepit, cujus filiam quoq
Richardim simul Alberto filio collocavit, à quo
tempore Duces Megapolæi Comites sese Sve-
rinæos prætitulare coeperunt. Albertum fili-
um Proceribus Regni Svevorum Oceani ita
commendavit, ut in Regem post evocaretur.
Grandævus vero filiam Comitis Hoensteinij Con-
jugem accepit, è quâ Albertum sustulit, qui brevi
elatus. At ipse obijt anno fere millesimo trecen-
tesimo octogesimo, Henrico, Alberto, Magno, In-
geburgi et Anna liberis superstitibus.

De

## De Henrico Duce Megapolæo Cap: II. CAP: II.



HENRICUS, Alberti filius Conjugem duxit Ingebúrgim, Baldomari, Regis Cimbrorum filiam. Scandinaviam bello adortus, Helsibúrgium obsidione vallavit, et paucis interjectis diebus vi superavit, in tutelam tradens Civium Luconiorum, Visimariorum ac Sumoniorum, sed qui Margarethæ Cimbrorum tum Reginæ, Haquini Regis superstiti dedidére, quam injuriam nec optimus Princeps mul tam accepit. At ex Ingebúrgi Albertum sustulit, qui Nicolai Principis Cherfonesi filiam uxorem duxit, et cum hericundæ familiæ judicio cum Regina in Scandinavia egisset, ac mox de jure armis belli geraret, peste absumptus interijt. Doberanum relatus ubi et conditus anno millesimo trecentesimo septuagesimo, cujus soror nupsit Uratislao Sidinorum Duci, è quâ progratus Ericus, qui Svevorum dein Oceani ac Novicorum Rex designatus. Henricus vero ludis Xystici Visimariæ illisus interijt anno millesimo quadringentesimo ad Calendas Majas.

## De Alberto Duce Megapolæo Cap: III. CAP: III.

ALBERTUS, Alberti Senioris filius, Henrici germanus, Richardim, ut diximus, Ottonis Comitis Sverinai filiam duxit, una accepto Comitatu eo, è quâ sustulit Ericum ac filiam, quæ Joanni nupsit Duci Ligiorum ac Cheruscorum, Caroli Cæsaris Romani filio. At mox Ingebúrgis in Scandinavia obijt, in Ur

be Stockholmo tumultata in æde Divi Dominici. Du-
xit dein Agnetem Ducis Brunopolitani ac Lunabur-
giani filiam, è quâ Albertum et Ericum excitavit,
è quibus Albertus Margaretham duxit Marchionis
Brissani filiam, qui Stratagematis militaribus
clarus, Eques auratus Solymis factus, fine hæ-
dibus elatus est. Genitor Ergo Albertus à Magna-
tibus proceribusq Regni Svevorum Oceani in Re-
gem lectus est defuncto vitâ Magno illorum Rege,
è cujus ipse Sorore prognatus erat. Nam Magnus
ille Haqvino filio Margaretham Baldomari Regis Cim-
brorum filiam collocavit, violato jure jurando, quo Re-
gni proceribus juraverat filio, è Cimbrorum familia
regia Conjugem se non daturum, quod si faceret, pri-
mores regni fidelitatis horco liberati facultatem ha-
berent, Regem, quemcunq vellent, eligendi. Sic ab illis
irarum adhuc plenis adscitus est Albertus. At Margare-
tha Baldomaro Genitore defuncto, quum non extarent
liberi alij Stirpis virilis, ipsaq ex Haqvino, pariter de-
functo, Ololaum filium accepisset, Cimbrorum regnum
adepta summa prudentia administravit. Et cum hac
Albertus Rex, orta de regnis dissensione, armis con-
tendere decrevit, Confertaq hostiliter manu, quum ju-
ventuti Rex magis, quam grandævis auscultat, loci
iniquitate, inter paludosa, deceptus, à suis fidenti-
us aciem deferentibus, destitutus, à Regina, dissi-
pato exercitu, cæsis proceribus multis captus est cum
filio Erico, anno fere millesimo trecentesimo octoge-
simo

simo octavo in Codonaviam perductus, annos septem retentus multo à Regina ludibrio divexatus, pondo argenti millibus sexaginta liberatus est, multum ad ea Matribus familias Herulis mundo muliebri opitulantibus, unde Jus illis etiamnum succedendi, liberis generis virilis non extantibus, sed in vita tantum. Duxit vero postremo Ducis Sidinorum ac Juliæ Augustæ filiam ex qua nullos accepit liberos. Tumulatus in Gadebuso F anno millesimo trecentesimo nonagesimo quarto. Erico Rege ex Conjugio primo peste absumto, in Albiburgio Gothorum tumulato, extincta sic stirpe eâ.

A. 1395. Origo feudi Virginalis Mecklenburgici oder des Erb=Jungfrauen Rechts. Confer: Lindenberg: Chron: Rostock: Lib: II. Cap: 12. Vid: Marschalk: Krim: Chron: Lib: I. Cap: 72.

F anno millesimo quadringentesimo et duodecimo ut verius patet ex alijs Auctoribus.

## De Magno Duce Megapolæo Cap: IV.

CAP: IV.

MAGNUS, Alberti Senioris filius, Alberti Regis Svevorum germanus, è Sorore Principis Rugiorum Joannem sustulit, ac mox dum aquas Granias, quæ Cl: Ptolomæo Ουεγερρα, Vegerra visitat, vita functus anno millesimo trecentesimo octogesimo quinto, postridie Calendas Septembres.

## De Joanne Duce Megapolæo Cap: V.

CAP: V.

JOANNES Magni filius Juditham duxit, filiam Ottonis, Comitis de Hoja, è qua Magnum suscepit, qui brevi in fata concessit, Sverini tumulatus. Filias insuper aliquot. Rex erat Svevorum electus, vivo adhuc Alberto patruo Rege, quum in postliminio ille ageret, coronatus. Corpore procero, forma pereleganti, animo invicto. Marcomannum hostilia meditantem brevi ad pacem compulit, captis ex aulicis ejus non infimæ classis proceribus. In rem divinam propensissimus

122. fuit, ædes modo sacras excitans, modo collapsas in-
staurans, unde nomen apud posteros celeberrimum
tulit. Duxit tandem Catharinam Ducis Saxonum et
Angrivariorum filiam, è quâ edidit Joannem et Hen-
ricum, brevi post elatus anno millesimo quadringen-
tesimo vigesimo secundo.

Hic Johannes Academiam Rostochianam funda-
vit, introductam die Martini, qui est XI. Novembris.
F Artium Magister Primus Rectoratum gessit Petrus Steinbrecker, in
hoc primo Rectoratu inscripti 160 Anno vero se-
quenti 328. Studiosi.

Natalis Academiæ ex hoc Disticho eruitur:

CastaLIas ornare Deas et fLorIbVs artes
CoeperVnt Roseæ CIngere VarnIaDes.

CAP: VI. De Joanne Duce Megapolæo Cap: VI.

JOANNES, Joannis filius, Conjugem duxit An-
nam, Casimiri Ducis Sidinorum filiam, qui haud i-
ta multo interjecto tempore vitam sine liberis cum mor-
te commutavit, peste correptus.

CAP: VII. De Henrico Duce Megapolæo Cap: VII.

HENRICUS Joannis hujus germanus successit.
Dorotheam duxit ille Foederici Marcomanni Brÿzani
filiam, è qua sustulit Albertum, Joannem, Magnum, Ca-
tharinam, Baldassarem, è quibus natu maximus fili-
am duxit Comitis Rupinorum, qui sine liberis exces-
sit, anno à natali Christiano millesimo quadringentesi-
mo octogesimo tertio, quem mox secutus Joannes, peste
absumtus. Henricus itaq Princeps pientissimus, qui adu-
lescens Solÿmis Eques auratus factus, rediens tanta
suos charitate excepit, fovit et tutatus est, ut ditionis
suæ

suæ partem plurimam ære alieno Foeneratoribus obliga-
rit. Asotijs inter hæc studere, sumptus facere nepotinos,
gastrismum amare, rempublicam oscitanter tractare, pa-
ti ut proceres inter sese per phas ac nephas latrocinijs, de-
prædationibus, injurijs omnibus ut quisq potentissimus
erat, agerent. Hostes tamen strenue repressit et quam-
vis corpore differto, adephagus, phalacrus, phalantus,
armis tamen nh: abstinens hostibus fere formidabilis
fuit, holoporphyra, ut ætate illa, nesciens leucoparij-
phus fere incessit trivonaria gestitans, mortuus an-
no millesimo quadringentesimo septuagesimo septi-
mo ad decimum quartum Cal: Apriles, cujus postea
Conjunx nonagesimo primo Maritum secuta est, super-
stitibus Magno ac Baldassare liberis.

## De Magno Megapolæo Duce Cap: VIII. CAP: VIII.

MAGNUS, Henrici filius, successit, qui Sophiam
duxit Erici Sidinorum Ducis filiam, Virginem speci-
osissimam, moribus optimis imbutam et virtutibus
summis præditam, è quâ sustulit, Henricum, Ericum,
Albertum, Sophiam, Annam, Dorotheam, Catharinam.
Eques auratus est adulescens adhuc Solymis insi-
gnitus cum Udalrico Sargatiorum ut diximus,
Duce. Magnus non tam nomine, quam re, et cer-
te verus Pater Patriæ, qui prudentia sua singula-
ri ac incomparabili, rempublicam turbine vario
fluctuantem, primus præstitit salvam et prædia
Majorum in mille foeneratorum manus disperdita,
primus recepit. Romam cum multis proceribus
bis adijt, sub Xysto quarto Pontifice maximo semel, à

quo et Patrum Collegio honorificentissime exceptus, hiericuntica publicitus donatus medio thelesphori-anæ apastiæ, tesseracosto, omnium tunc excellen-tissimus æstimatus. Sub Foederico etiam Cæsare Romano inter Imperij primates, mox sub Maxi-miliano Rege, dum in Vangionum oris comitia celebraret, maxime conspicuus et consilio vene-randus. Affabilis perinde, jucundus et perhuma-nus, qui liberos suos, ut corpore formosissimos, ita voluit et moribus pulcherrimos evadere, quâ phama illustrati, Sophia Joanni, Saxonum Duci, Foederici Electoris germano, Principis maximi ac Imperij Romani Præfecti prætorio, per nuptias col-locata. Anna vero Gvilielmo Hessorum Land-gravio, ut appellant, dote utraq summa, nuptijs festivissimis, è quarum priore matrimonio Joan-nes Foedericus, ab altera prognatus Philippus ac Anna /: al: Elisabetha :/ quæ nupsit Joanni Du-cis Saxonum Georgij filio. At Dorothea Virginum Ribenitij vestalium mater magna adscita. Bello fere abstinuit, arma cunctanter, nec un-quam nisi injuria lacessitus, movit. Rostochios rebelles bello justo adgressus prælio inter primi-pilos ac antesignanos cum Baldassare germano fortissime dimicans, etsi saucius pugna exces-serit, Ductoris sui imperitia deceptus, ita tamen lassavit, ita vires eorum comminuit, ut post cladem in-

ingentem illatam pacem redimere cöegerit auri vi maxima, in quorum Urbe etiam Canonium in templo divi Jacobi primus instituit. A. 1491. Monasteria Vestalium Rhenæ et Sarentinæ reformavit Anno 1501. Vetuit, ne Lubecensium filiæ, ibi instituerentur. Latrunculis provinciam purgavit. Sabbatharios facinus in Eucharistiam Sacrosanctam ausos post cruciatos varios icrio, igniq ultore in Orcum demisit, authore rei summo molesta, ungulis runcinis, laminis excarnificato, cujus rei seriem universam libro uno memoriæ mandavimus. Obijt vero diem post facinora egregia multa annô à natali Christiano millesimo quingentesimo tertio, decimo Calendas Decembres, Doberani tumulatus, cujus sepulchrum Udalricus Ursenius, Phrisius Jatrus excellens et Pöeta laureatus, qui mecum post sub filijs illius militabat, carmine illustravit.

Megapolensis eram, Dux magnus, nomine Magnus
Cæsaribus gratus, Principibusq Viris
Pronus Apostolica, Papæ bis cernor in aula
Austriacus fovit Cæsar uterq meos,
Perpetuam dedit ille rosam, sacra bractea Regum
His mihi feudorum gratia bina fuit
Æthereæ Patriam Solijmæ peregrinus adivi
Militiam Domini sancta per arva petens.
Gaudebunt Atavi titulis, tellure nepotes
Proxima cura subit, relligionis honos

Aúximús ijs fines, sed stemmata júnximús illis
Nostra reformatis stat pia túrba choris
Rostochiúmq; ferox domúi tibi dive Jacobe
Sanguine cúm proprio canonicos statúens
Quod pepúli Verpos Christi bona Sacramenta
Stellarúm montis secta tremenda fevit
Ha pietas, dúm magna paro, majora velinquo
Jnjecere manús maxima fata mihi
Nam dúm fæve lúes toto grassatúr in orbe
Lýchnica, crústofis úlcera Stigmatibús
Núlla meos potúit virtús súperare dolores
Quin perij mortem núlla medela levat
Jndúperatorúm, Regúm, Dúcúmq; potestas
Et cúncta stellis súppeditantúr opes
Eheú magna cadúnt, parvúm est, quodcúq; videmús
Jamq; Dúcis Magni nomina sola manent
Lectoribús loquor hæc doctis indocta rogabúnt
Sit mea cúm Patribús, mens bene grata Deo.

Úxor Conjúgij svavissimi memor defúncti de-
siderio haúd ita múlto intervecto tempore exspi-
ravit anno millesimo qúingentesimo qúarto
Calendis Aprilis, Visimariæ in æde divi Domi-
nici túmúlata, cújus ego Heroúm Orichalce-
úm decasticho hoc qúantúlocúnq; ornavi

Aspice, qúæ placido recúbant hoc ossa sepúlchro
Illústris Sophiæ qúando fúere Dúcis
Hæc erat illa Viro Magno, qúæ vixit, amando
Príncipe, nec Patriæ, credite parva salús

Haúd

Haud illaudatos, hæc egit molliter annos
Solatrix demens larga benigna fuit
Pannoso, tristi, fonti non deerat asylum
Religione potens, munera multa dedit
Vivat apud superos, jucunda luce faventes
Exemplum proles posthuma dives habet.

1127.

## De Baldassare Duce Megapolæo Cap: IX.

Cap: IX.

BALDASSAR, Magni germanus, sacris ætate tenera initiatus, Svevinæus Antistes lectus et Hildeshemius item designatus est, quamvis à Competitore posteriore hoc exutus, non sine bello sanguinario triennali, quo injurias strenue ultus est, extantibus etiamnum ruinarum monumentis. Mutata itaq; Sententia, quum esset corpore præstantissimo Conjugem duxit Margaretham, Erici Sidinorum Ducis Viduam, Sophia Conjugis fraternæ germanam, à quâ nullos liberos ipse sustulit. Benignus certe et pientissimus, qui ordinis Ecclesiastici Viros usq; amore summo prosecutus est, nunquam auferens, semper vero afferens. Loca Sacra mirum in modum amavit. Ideirco Solymas adiit, eques auratus rediens. Novium etiam Gallaciæ, ubi divi Jacobi phanum et Romam religione insigni salutavit. Vota, quibus se obligavit, dissolvit. Venationis studiosissimus ferè, cæterum, qui divinorum nihil prætermitteret. Tabulis supremis munera multa dedicavit, anginarum vitio interemtus anno

millesimo quingentesimo septimo ad nonas Martias, Doberani tumulatus.

## CAP. X. De Henrico Megapolæo Duce Cap. X. et ultimum.

HENRICUS, Magni filius, mortuo genitore succes-
sit, adulescens venustissimus, quem ephebum literis jam
aliquantum, ut tempestate illa imbutum ad Foederi
cum initio Urbis Norica Marchionem misit, sub quo ru-
dimenta militiæ prima deposuit. A Maximiliano post
Rege Romano lectus, omnium, qui fuere purpuratorum
in Regia charissimus evasit, armis fere splendidissi-
mus, facinora multa egregia præstitit, nemini ca-
taphractorum secundus, charus omnibus ac perin-
de jucundus. Luconios igni ferroq; insultantes et
Parchentinorum prædium vastantes, quum missis
clarigatum caduceatoribus nihil impetravet, armis
rem poposcit, Principum finitimorum auxilio stipatus,
quorum parte coram Urbem ipsam splendidus equite
frequenti adequitavit, Exercitu pedestri circum circa
armato, acie immota et prestolabunda, Civibus ab
Urbe, muro ac moenibus spectabilis. Munitiones
eorum tutissimas prater opinionem omnium subipsis
pomœrijs incendit, negotio modico vastavit, et amnis
Stegeni, quo onera subvectantur, vada rumpens,
iter Urbi facile præclusit. Lirimirim ipsorum aphe-
terijs, vel invitis tichophylacibus, obsedit, et hostilia
passim interminatus, brevi hostes compulit, ut pa-
cem appeterent, majora certe facturus, nisi Patri
æ salutem antepositset, pace magis quam armis du-
cens

cens consultum. Duxit dein Ursulam Johannis Marcomanni, Quæstoris Imperij Romani filiam, Alberti Cardinalis Moguntiaci ac Parthenopolitani Archipræsulis, primatis, Joachimiq Electoris germanam, Virginem venustissimam et moribus sanctissimis præditam, è quo Conjugio suavissimo sustulit Sophiam, Magnum, Ursulam. Conjunx prudens, clemens, fautrix rei sacræ, in subditos omnes pientissima, quam planctu omnes defunctam anxij desideravimus, cui, si vivere diutius licuisset, tota fuisset certe felicior regio. Obijt vero anno à natali Christiano millesimo quingentesimo undecimo ad decimum quintum Cal: Octobres, cujus ego quoq sepulchro epitaphium addidi.

Si jactare genus licet et meminisse caduca
Imperij sacri stirps mea jura regit
Imperij Quæstor genitor fuit, illius oram,
Brijsæam natus, nunc Joachimus habet
Conjugio crevi claro, Duce nobilis usq
Henrico, qui cum pignora terna tuli
Vixissem, potui Patriæ navare Salutem
Vix ea sed meditans, Atropos atra rapit.
Magniade, si multa juvant, quæ magna parantur
Relligio, pietas, et benefacta juvant.
Coetera vana reor, sors est metuenda futura
Hoc sat erit, pro me foemina Virq rogent.

Mox et Ericus, Henrici germanus fato misero adulescens adhuc elatus anno millesimo quingentesimo quinto postridie Idus Januarias mentagra primum correptus in phtijsin dein lapsus, ingenio prudentiaq

fuit Rector Academiæ Rostochiensis, qui literis honestis etiam Bononiæ incubuit + 1508.

clarus et ingenti erga universos comitate, cujus quoq; sepulchrum inscripsi epitaphio.

Me Juvenem diræ crudeli funere parcæ
Abstulerunt, tantum sunt morti talia curæ
Nam neq; quod dulces per Romularum Camenas
Quæsij, profuerat, nec quæ sine fine relegi
Pompilij veneranda Numæ monumenta, nec illa,
Quæ sunt innumeris civilia jura rubricis
Prodita, nec mille, qui me manere, triumphi
Eheu, qui demens cœlestia numina lusi
Quem non religio, genitor quam novit uterq;
Sed neq; sacrorum faces potuere reposti,
Ducere, proh turba male persvadente sinistra
At quid fera queror? manes cæsantis egenos
Alti tono præstat votis placare secundis.

Et post tempora ea Henricus Catharinam sororem Henrico Saxonum Duci, Alberti olim Ducis filio germano Georgij nuptijs festivissimis collocavit. Duxit dein ipse Helenen, Philippi Palatini filiam, virginem forma præstantem et nullo non virtutis genere illustrem, nuptias Visimariæ in præsentia Principum multorum splendidissimas celebrans, apparatu certe majore, quam ut breviter à me explicari hic poterint, atq; iccirco singillatim recensenda. Et ex Conjuge quidem ea Philippum, Margaretham ac Catharinam sustulit. Pater Patriæ primus Majorum omnium, qui moribus egregijs regionem formavit, pse-

phis-

phismata tulit, arma tractave lautius docuit, panfagiam et panopliam instituit. Militiam per-
discere jussit. Pacis tempore disponere, qua usui
bello ingruente necessaria, proceribus mde ad
cuncta valonibus universis. Belli certe mini-
me avidus. Litteras legit, ut qui velocissime
et quod laus in Cæsare Julio ingens, plura ve-
locissime dictitat, velocissime scribit. A quo
tantum abest, ut rebus sacris vim ullam infe-
rat, ut sacrorum etiam tutor sit summus ac a-
mator, non subditorum modo opinione,
sed exterorum etiam consensu declaratus et
Religionis asylum unicum. Testantur æ-
des hoc Sacra, vel excitata vel instaurata.
Latrunculorum inter hæc exstirpator nobi-
lis, qui grassantibus receptatoribusq; ter-
rorem maximum incussit, Leo merito ap-
pellitandus, non tam armis quam Con-
silio potens. Carolo Hispaniarum Regi,
Cæsari jam Romano, non minus quam
Avo ante Maximiliano finitimisq omni-
bus charus ac perjucundus. At Albertus
corporis dexteritate et ipse insignis, Con-
silio gravis, armis splendidissimus virtuti,

# LIBER SEPTIMUS.

bus cunctis summis praeditus, sine Conjuge adhuc agit, Patriae amator et tutor maximus olim referendus.

Impressum
Rostochij in aedibus Thurijs
a Viro sollerti, Guntero,
cognomento Hyeme
Erphordiano
Anno M. D. XXI.
ad nonas Julias.



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0145

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0146



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0147

MARESCALCI,

*Opera*

*varia.*

Mss. Meckl.
B 109.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1896004725/phys_0148



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1896004725/phys_0149



Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1896004725/phys_0150


Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1896004725/phys_0151

1108

et pondo argenti millibus decem multavit. Nec multo in-
terjecto tempore Baldomarus instaurato bello cop[illegible] Prin-
cipum multorum lectissimis, inter quos Ericus [illegible] om
Rex Leonem adgreditur, quod bellum fane
formidabilissimum, quo conserta manu
or evasit, captis ex agmine hostili Co[illegible]es
novem. Pacatis dein rebus Rege[illegible] Eri-
cum pompa magnificentissima R[illegible], cum Prin-
cipibus complurimis honore fu[illegible]tus. Cum Re-
ge insuper et adversus Thi[illegible]marsum: pro-
fectus, qui rebelles adio[illegible]n asserunt. Insu-
lam fossis munitissim[illegible]tsi infeliciter, nam
Sanguinarij illi, la[illegible]dentiores exercitum
negligenter pal[illegible]flagrandis praedijs gliscen-
tem fudere [illegible]cile vertere, amissis pre-
lio eo pra[illegible]s ac Baronibus simul et Comi-
tibus i[illegible]us, inter quos Gerhardus et Joan-
nes [illegible]rsonesi anno fere millesimo trecen-
te[illegible] secundo. Uctevanos etiam Marcoman-
[illegible]em devicit, quorum Urbes Templinum,
[illegible]m, Griphosilviam insuper, qua & Ploloma
[illegible]lior Virutium domuit et arcem ibi primus ex-
[illegible]t. Adversum Sidinorum Principes Archiepisco-
m Partheno politanum, Brunopolitanum Ducem Otto-
nem ac Visilaum Rugiorum Principem feliciter belli
geravit. Rugios victos tamdiu occupavit, donec à Ura-
tislao Sidinorum Principe ars vi maxima liberati
Christophoro Cimbrorum Regi, elato Erico, auxilia tulit,
et in Caesareis Comitijs clarus evasit. Leonis fane nomen
merito